SVMMA
DOCTRINÆ
CHRISTIANÆ

SVMMA
DOCTRINAE
CHRISTIANAE,

PER QVÆSTIONES luculenter conſcripta ; nunc demum recognita & locupletata, authore D. PETRO Caniſio Societatis IESV Theologo, ut ex eius noua Præfatione conſtabit.

Acceßit huic recognitioni auctoritas, decretum, & priuilegium Ferdinandi Imp. & Philippi Regis Hiſp.





Cum priuilegio ſummi Pontificis, & Illuſt. Senatus Veneti ad annos XX.

MOTV proprio &c. Cum, ſicut accepimus, dilectus filius Michael Tramezinus, bibliopola Venetus, nobis nuper exponi fecerit, ad communem omnium studioſorum utilitatem ſua propria impenſa diuerſa opera Latina, & Italica, ipſa Italica tam ex Latino, Gallico, & Hiſpanico idiomate translata, quàm Italica facere, minimeq; translata, hactenus non impreſſa, imprimi facere intendat, dubitetq; ne huiuſmodi opera poſtmodum ab alijs ſine eius licentia imprimantur, quod in maximum ſuum præiudicium tenderet: Nos propterea eius indemnitati conſulere uolentes, Motu ſimili, & certa ſcientia eidem Michaeli ne prædicta opera hactenus non impreſſa, & per ipſum ab inquiſitoribus loci illius examinata & approbata, uel ſi in urbe

à magiſtro ſacri Palatij, imprimenda per decem annos poſt eorundem operum, uel cuiuslibet ipſorum impreſsionem, à quocunque ſine ipſius licentia imprimi, aut ab ipſis uel alijs uendi, ſeu in eorum apothecis, uel aliàs uenalia, præterquam a dicto Michaele impreſſa aut imprimenda teneri poſſint, concedimus & indulgemus: inhibentes omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, tam in Italia, quàm extra Italiam exiſtentibus, præſertim bibliopolis & librorum impreſſoribus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, in terris uerò Sanctæ Rom. E. mediate, uel immediate ſubiectis etiam quingentorum ducatorum auri cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & inſuper amiſſionis librorum pœnis: toties ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrendum, quoties contrauentum fuerit; ne intra decennium ab impreſsione di-

ctorum operum, uel cuiuslibet ipsorum respectiue computandum, dicta opera, tam Latina, quàm Italica hactenus non impressa, & per ipsum Michaelem imprimenda, sine eiusdem Michaelis expressa licentia, dicto decennio durante imprimere, seu ab ipsis, uel alijs præterquàm à dicto Michaele impressa, & imprimenda uendere, seu uenalia habere, uel proponere, uel ea, ut supra, habere audeant. Mandantes uniuersis uenerabilibus fratribus nostris Episcopis, Archiepiscopis, eorumq; Vicariis in spiritualibus, generalibus, & in statu temporali S. R. E. etiam Legatis, & Vicelegatis sedis Apostolicæ, ac ipsius status gubernatoribus, & ut quoties pro ipsius Michaelis parte fuerint requisiti, uel eorum aliquis fuerit requisitus, eidem Michaeli efficacis defensionis præsidio aßistentes præmissa ad omnem dicti Michae-

lis requiſitionem contra inobedientes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, etiam ſæpius aggrauando, & per alia iuris remedia auctoritate apoſtolica exequantur, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Et inſuper, quia difficile admodum eſſet præſentem Motum proprium ad quemlibet locum deferri, uolumus, & apoſtolica auctoritate decernimus, ipſius tranſumptis, uel exemplis, etiam in ipſis operibus impreſſis, plenam & eandem prorſus fidem ubique, tam in iudicio, quàm extra haberi, quæ præſenti originali haberetur. Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum præſentium, & quòd ſola ſignatura ſufficiat. Et ne de præmiſſis aliquis ignorantiam prætendere poſſit, quòd præſens Motus proprius in acie Campi Floris, & in ualuis cancellariæ apoſtolicæ huius almæ urbis affi-

gatur, & ibidem per affixionem publicetur, & quòd sic affixus, & in ipsis operibus per tempora impressus, ad omnium, quos tanget, notitiam deductum esse, ac si eisdem personaliter intimatum foret, expresse uolumus & mandamus irritum, & inane censendum quicquid secus contigerit, præmissis omnibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisq; in contrarium faciendis non obstantibus quibuscunque.

Placet motu proprio I.

1566 adi 10 di Gēnaro in Pregadi.

Che al fedel nostro Michel Tramezino sia concesso, che niuno altro, che egli, ò chi harrà causa, ò licentia da lui non possa in questa, ne in altra Città, Terra, ò luogo della S. N. stampar, ne far stampar, ne stampati uender il libro sopraditto, titolato Summa della dottrina del Reuerendo Don Pietro Canisio, per lo spatio de anni uinti prossimi; sotto pena à chi contrafarà di perder tutte le opere da loro stampate, & ducati dieci per cadauna di esse: un terzo della qual sia della casa nostra dell'Arsenale, un terzo del magistrato, che farà l'essecutione, & l'altro terzo di lui supplicante; essendo obligato di osseruar quel tanto, che è disposto in materia di stampe.

Franciscus Turrianus
Duc. Not. exemplauit.

ROBERTO DE NOBILIBVS CARDINALI amplissimo,

Michael Tramezinus.



VM superioribus diebus familiaris cuiuſdam mei opera, uiri ſumma quidem religione præſtantis, libellus hic in manus perueniſſet meas, eiusq; lectionem ſubtilius, atq; accuratius expendiſſem, quod illius inſtitutis Chriſti fidelibus ad æterna bona

per quàm faciles aditus
patefieri uidebam, ſpiri-
tui, animæq́; meæ quan-
tum ea delectationis at-
tulerit, dici ſanè uix po-
teſt. quo factum eſt, ut,
cum & præclarum, & re-
ligioſo uiro dignum cen-
ſuerim, tanti muneris re-
liquos etiam cœleſtium
bonorum cupidos exper-
tes eſſe minime pati, con-
feſtim ipſum edendum cu
rarim: quod itidem, etſi
antea Ferdinandi Cæſa-
ris beneficio apud Ger-
manos fuerat effectum, ut
ſcilicet nationem illam Sa-

tanæ fallaciis omnino iam deuiam diuini huius opusculi ductu rectam, & ueram salutis semitam posset deducere, tamen, quod in præsentia non ea solum prouincia, uerum etiam nostra hæc, & reliquæ Christianæ Reipublicæ regiones in summa tam sanctæ institutionis paucitate uersantur, illam denuo, ne diutius catholicæ fidei studiosi tam excellenti bono careant, in lucem edendam putaui, cum autem ea illius religio, & præstantia sit, ut nisi uiro singula-

ri ſanctitate, & uirtute prædito dedi uelit, tu unus, Cardinalis ampliſſime, occurriſti, cuius illam nomini iure conſecrare poſſem; qui cum id ætatis, & ſanctimonia, & probitate tantum præſtes, ut integritatis, officii, & priſcæ illius religionis cæteris exẽplar ſis, ei me iam uideo grauiorem, ac beneuolentiorem patronum, & cuſtodem inuenire poſſe neminem. Liber Chriſtianæ doctrinæ commentarius, inſcribitur, eiusq; generis præcepta tradit, ut qui il-

lis imbui non recuſarint, ad diuinas ædes, cœle-ſtemq́ꝫ gloriam curſu ſatis proſpero ſint prouenturi. Hic ego auctorem operis Petrum Caniſium Theo-logum, uirum & doctrina, & probitate inſignem, qui ſanctorum hominum ſcri-ptis euoluendis id eſt aſſe-cutus, ut nobis ad beato-rum ſedes certum iter ape ruerit, quibus laudibus or nare deberem, non igno-ro: uerum, quòd homi-nem per ſeſe iam plane probatum opuſculum hoc etiã immortalitati in dies

magis, magisq́ commen-
dabit, partem hanc silen-
tio præteribo; abs teq́ tan-
tum petam; ut à me præ-
clarum hoc; & egregium
munus eo animo uelis ac-
cipere, ut, quia tu semper
in recte factis, probe di-
ctis, atque optime cogita-
tis, quibus rebus uniuersa
uirtus absoluitur, summa
tua cum laude uersaris, ip
sum cum tuo nomine con
iunctum non solum apud
nostrates, uerum etiam
apud ultimas nationes, ma
ximum sui desiderium ex-
citaturum esse confidas.
Vale.

EXEMPLVM EDICTI CÆSAREI, SIMVL OPEris huius editi, & nunc postremò recogniti rationem complectens.



ERDINANDVS diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniç, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex; Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Marchio Morauiæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Vniuersis ac singulis fidelibus nostris, tam Ecclesiasticis, quàm Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronib. Dominis, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Marschalcis, Prouinciarum Præsidibus, Vicedominis, Præfectis, Burggrauiis, Officialibus, Iudicibus, Burgimagistris, Consulibus & Communitatibus, omnibusq; aliis & singulis subditis & fidelibus uostris prouinciarum nostrarum, cuius-

cunq; gradus, ſtatus, ordinis, con
ditionis & dignitatis extiterint, gra
tiam noſtram Cæſaream, & omne
bonum. Magno cum animi noſtri
mœrore perpendimus & uidemus,
quibus hodie, quantisq; motibus
& periculis orbis Chriſtianus un-
diq; concutiatur. Potisſimum uerò
miſerandus ille ſtatus neglectæ,
adeoq; contemptæ pasſim religio-
nis ſæpe multumq; nos & pios
omnes diſcruciat. Qua quidem re-
ligione, ut nihil eſt ſanctius in ter-
ris, ita præclarius ac firmius Rei-
pub. ornamentum ac robur eſſe nul
lum poteſt. Atq; idcirco malarum
artium nefarius artifex, ſanctæ Ec-
cleſiæ, bonorumq; omnium hoſtis
atrocisſimus Satan quantum huma-
no generi præſidii in uera religione
poſitum ſit, minimè ignarus, annis
ab hinc multis cauſam religionis
pasſim oppugnat ac perturbat: ita ut
maioribus uiribus & copiis, fre-
quentioribusq; dolis & fraudibus,
uno eodemq; tempore ipſam antea
nunquam oppugnaſſe uideatur.
Nec deſinit adhuc ſatellites quoſ-
dam & miniſtros ſuos, qui editis

ſuis libellis omnia impietatis ſtudia
foueant, diſſeminent ac propagent,
ſubornare : partim , ut qui à religio
ne Orthodoxa ſemel defecere , in
erroribus & ſectis , quibus ſe addi-
xerunt , confirmentur . partim , ut
qui etiamnum in tutisſimis Eccleſię
Dei caſtris perdurant , hinc ſeducti
factionum diſcipuli , & religionis
noſtræ Catholicæ deſertores fiant .
Inter hos autem libellos , quorum
ingens ubiq; prouentus eſt , non pa
rum uirium ad religionem euerten-
dam habent Catechiſmi (ſic enim
appellant) qui ſæpe tum breuitate,
tum uerborum elegantia , & metho
di ſpecie commendati egregiè fal-
lunt, & imperitam illam nobilemq;
iuuentutem ueritatis ſynceritati na-
tam , grauiter ultiant atq; corrum-
punt . Dum enim ex iſtorum libel-
lorum lectione uenenum , ipſa dul
cedine blandum , ſimplicibus & in-
cautis ſumendum præbetur , priuſ-
quam id ſentiant , eorum animi no
uis & peſtiferis opinionibus , quas
euellere poſtea ſit difficillimum , de
prauantur , Vnde fit , ut eo doctri-
næ fermento ſemel infecti , Catho-

licæ fidei, & sanctæ matris Eccle-
siæ dogmata & instituta ueneranda
negligant, fastidiant, atque nonnun-
quam etiam per contemptum op-
pugnent. Qua quidem in re, si
quid consiliis, monitis, iussis &
edictis publicis Imperatore & Prin
cipe Christiano dignis, profici po-
tuit: Nos profectò, cum ad ista im
pietatis studia profliganda, tum ad
sacrosanctæ religionis nostræ Ca-
tholicæ iura retinenda, officio no-
stro minimè defuimus. Attamen
grassatur indies magis ac magis
hæc fœda lues, nouiq; subinde ac
nouis illecebris infecti prodeunt
Catechismi: Sparguntur, leguntur,
proponuntur in scholis, maiore sa
nè periculo, quam simplices pueri
& creduli improuidiq; adolescen-
tes, imperitiq; homines, & plerique
omnes istiusmodi præceptores sen-
tire aut iudicare queant. Quod igi
tur in graui morbo boni Medici, in
exorta tempestate fidi naucleri fa-
ciunt, à nobis alienum non esse
existimauimus, ut præsentissima
nobisq; ob oculos posita atq; pro-
specta longè grauissima pericula

ratione quadam aut depellamus omninò, aut saltem quoad Deus potentem manum suam admoue-rit, mitigemus. Quamobrem ma-tura super his deliberatione habita, fidelibus nobis subiectis populis sa-luberrimum fore duximus, si in tan ta dogmatum & sectarum uarietate Catechisticæ doctrinæ librum, qui Orthodoxus sit, conscribi simul & fidelibus nostris populis euulgari, commendariq; unicè curaremus. Ad quod Catholicum opus conscri bendum, inter alios non dubiæ fi-dei & doctrinæ uiros Honorabi-lem, religiosum, deuotum, nobis dilectum Petrum Canisium sacræ Theologiæ Doctorem delegimus, & cum ab eo fuisset conscriptum, aliorum etiam, quos non solum sacrosanctæ Theologiæ scientia, uerum etiam uitæ innocentia & in-tegritate perspicuos esse constat, iu-dicio & censuræ subiecimus: quò certiores essemus, ne authoritate nostra in lucem quicquam prodiret, quod Euangelicæ doctrinæ, & san ctæ Catholicæ Ecclesiæ ullo modo aduersaretur. Posteaquam uerò

Dei Optimi maximi gratia factum est, ut commemoratus liber magno ubiq; doctorum & procerum; quoque Catholicorum applausu exceptus, in uarias etiam linguas conuersus, sæpeq; apud exteros recusus, & in Gymnasiis publicis simul ad docendum & discendum propositus fuerit; existimauimus nos non abs re facturos, si eundem Cathechismum ab Authore denuò recognitum, non solum rursus typis euulgari curaremus, uerùm etiam pro rudiorum captu in quoddam compendium redigi iuberemus: ac fidelibus nostris populis denuo auctoritate nostra commendaremus: ac insuper utriusque tam maioris quàm minoris editionem nostro & sacri Imperii fideli, dilecto N. demandatam, benigno nostro fauore & priuilegio aduersus sinistras æmulorum artes tuendam & fouendam susciperemus. Inhibendo, ne quis alius eundem hunc librum ante exactum integrum decennium imprimere, uel alibi impressum uenundari audeat; sub pœna decem marcharum auri puri.

Mandantes idcirco uobis prædi-
ctis omnibus, & singulis, præci-
puè uerò iis, qui nostro nomine &
loco iuris & iustitiæ administratio-
nem in prouinciis nostris exercent,
ac in magistratu constituti sunt, ut
hunc Catechismum solum, nullum
q; alium per Ludi magistros, Præ-
ceptores ac Pædagogos pueris in
scholis publicè, aut priuatim pro-
poni, prælegi, edifcendumq; tra
di, magnoperè curetis: atq; omni-
nò efficiatis, quatenus cum uos,
tum ipsi grauissimam indignatio-
nem nostram, aliasq; pœnas delin-
quentibus, & huius edicti nostri
contemptoribus pro arbitrio nostro
irrogandas uolueritis euitare. Hæc
enim est expressa mens & uoluntas
nostra. Datum in ciuitate nostra
Vienna, die x. mensis Decembris,
Anno Domini 1560. Regnorum
nostrorum Rom. xxx. aliorum
uerò xxxiiii.

EXEMPLVM EDICTI REGIS PHILIPPI DE HOC VNICO LEgendo Catechismo.



HILIPPVS DEI gratia Rex Castellæ, Legionis, Aragonum, Angliæ, Franciæ, Nauarræ, Neapolis, Siciliæ, Maioricarum, Sardiniæ, nec non Insularum Indiæ & Terræ firmæ, Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgi, Luxemburgi, Geldriæ, & Mediolani, Comes Habsburgi, Flandriæ, Arthesiæ, Burgundiæ, Palatinus Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci & Zutphaniæ, Princeps Sueuiæ, Marchio Sacri Imperii, Dominus Phrysiæ, Salinarum, Mechliniæ ciuitatis ac Vrbium, & Regionis Traiectinæ citra & ultra Isulam & Groningæ, Dominator Asiæ ac Aphricæ &c. Vniuersis nostris locum tenentibus, Gubernatoribus, Præsi-

dibus, Cancellariis, Conſulibus, Balliuis, Præpoſitis, Prætoribus, Sculteis, Iudicibus, Iuſtitiariis, Officialibus & eorum uicem geren-tibus, Gratiam noſtram Regiam ac omne bonum.

Cum hiſce periculoſis tempori-bus tantoperè nihil exoptemus, quàm uti omnes homines, maxi-mè uerò Populi nobis ſubditi, Di-uina fauente clementia, quietam, compoſitam ac tranquillam uitam tranſigant: atq; huic nihil æq; ob-ſtare diſcordia uariarum ac pernicio-ſarum opinionum Chriſtianæ reli-gionis omnibus in confeſſo ſit & nobis compertum: maturo conſi-lio, huic morbo occurrendum, adeoq; id in primis noſtri officii eſ-ſe animaduertimus. Quare exci-tis preclarę undiq; eruditionis ac ſynceræ in Deum fidei uiris, nec non uitæ tranſactæ innocentia & in-tegritate claris, cùm eis conſilium hoc noſtrum ſerio contulimus, ut quid facto in tam graui negocio opus eſſet, nobis liberè referrent. Illorum ſententia audita, arbitra-mur magni momenti eſſe, ſi rectis

ac orthodoxis ſtudiis à pueris tenel la illa ætas imbuatur, ac catholica fundamenta fidei ſedulò doceantur, illorumq; animis inſtillentur. Quo recens eſt imbuta ſemel, ſeruabit odorem Teſta diu. Cuius nobis, proh dolor, graue ſatis exemplum hiſce poſterioribus annis aduerſarii noſtræ religionis exibuerunt. Quos certum eſt, ſummam ſemper dediſ ſe operam, ut incautam iuuentu tem, quæ per ætatem à felle ſibi præcauere malè poſſet, ſubornatis ac didacticis catechiſmorum doctri nis ineſcarent, uariis, nouis, inau ditis animos eorum captantes, ac opinionibus ſeducentes: qui altius inſerti, iam profundis actis radici bus, ægrè extirpari ab adultis que unt. Quare operæpretium uide batur, noſtrorum hominum ani mos, quaſi ſalubri antidoto ortho doxo ac pio Anticatechiſmo, præ munire. Cum id omninò facere deliberaſſemus, ac doctos Theolo gos, ut id muneris ſuſciperent, gra uiter hortaremur, illi nullum com modiorem librum tradi poſſe, nec magis utilem affirmarunt Catechiſ

mo

mo Patrui nostri charissimi Ferdi-
nandi Romanorum, Hungariæ &
Bohemiæ Regis, quem ille haud
ita pridem sua auctoritate suis tenen
dum proposuit. Insuper eius tan-
tam censebant libri esse puritatem
atq; doctrinam, ut qui iuxta hanc
normam fidem ac mores suos in-
stituerit, Deo haud dubiè placeat,
& ęternum præmium certò sperare
queat. Proinde hunc catechis-
mum Belgica Gallicaq; lingua tra-
ductum, nobisq; eximiè commen-
datum autorisamus, nostrosq; sub-
ditos, ut diligenter euoluant, sepo
sitis aliorum consimilium catechis-
mis, adhortamur.: Mandantes uo
bis prædictis omnibus & singulis;
ut hunc Catechismum tantum,
nullumq; alium, per Ludi magistros
Rectores, Pædagogos in scholis
publicè uel priuatim proponi, præ
legi, ediscendumq; tradi curetis:
quatenus nostram censuram ac gra-
uem indignationem aliasq; pœnas
arbitrio iudicum nostrorum irro-
gandas deuitetis. Hæc enim no-
stra Regia mens summaq; uolun-
tas est. Datum in ciuitate nostra

Bruxellæ, die decima ſexta menſis Decembris Anno incarnationis Domini 1557. Regnorum uerò noſtrorum, uidelicet Hiſpaniarum, Siciliæ &c. II. Angliæ autem, Franciæ, & Neapolis IIII.

Subſcriptum erat per Regem & ſubſignatum D'ouezlope.

AD SENATVM, POPVLVMQVE COLOniensem, Petri Canisii theol. præfatio.



ITTO ad uos Catechismum, siue, ut ego dicere malui, Christianæ doctrinæ summam Lectißimi Amplißimiq; Viri: opus quidem puerile, ut nonnulli fortaßis existimabunt, & antè hac sæpius editum: sed quod uiros etiam exerceat, & cui supremam ego manum nunc tandem impono. Cùm autem ante decennium Viennæ uersarer, & laudatißimo Regi Ferdinando, qui postea Cæsar declaratus est, à sacris essem concionibus, hoc ego qualecunque opus, ut ingenuè fatear, eodem Principe sic postulante conscriptum, in lucem primùm

dedi. Causas edendi repetere non attinet, ut quas optimus ille Mecœnas in suo uel diplomate, uel edicto, quod operi præfixum extat, in medium profert. Neq; mihi hoc uitio uertendum puto, quod idem liber absq; Auctoris nomine prodierit sæpe: etsi postea Veneti & Galli, dum opus recudunt, me quidem inscio, nomen meum adscripserunt. Ego uerò talis tantiq; Principis, qui facilè primas in Germania tenebat, tum authoritate, tum mandato contentus, Deo magis quàm hominibus conatum hunc nostrum comprobare uolebam. Nam & nominis expressi additamento id futurum prouidebam, multorum in me ut odia concitarem, & uirulentos calamos acuerem. Adeò nihil ferè tam exactum & elaboratum nunc editur, quin Momos illicò reperiat, & crabrones ultrò irritentur. Neq; sanè mea me fefellit opinio:

quod uerebar euenit. Ità neque nomen studiosè suppressum, neq; seruata ubiq; stili modestia, cùm sæpe aduersarios insectari potuissem, profuit, quòminus clam palàm huius laboris ergò morderer atque proscinderer. Christo interim Opt. Max. qui & ipse cùm ageret optimè, audiuit à suis pessimè, gratias ago singulares, quòd me dignum fecerit latratibus atque morsibus sectariorum, præsertim quorum iam damnata est, & posteris execranda erit memoria in Ecclesia Dei. horum sæuas in me sententias & iniquas damnationis leges surdis ueluti auribus prætereo. Etenim ab Ecclesiæ Catholicæ hostibus, multarumq; hæresum patronis reprehendi, quid est aliud quæso, quàm commendari, & bonum Ecclesiæ ciuem magis magisq; bonis omnibus comprobari? Nos quicquid hic scripsimus, non quæstus, mercedis, aut gloriæ

cupiditate pellecti: non hominis odio uel amore prouocati, sed quod sanctè iurare possumus; Religionis & ueritatis illustrandæ studio permoti, & ab illo Cæsare impulsi sic scripsimus, ut Catholicorum, & præcipuè Germanorum commodo publico inseruiremus. In scribendo autem non sanè nostrum, aut ullius priuatum, se: communem Ecclesiæ Catholicæ sensum & consensum secuti sumus, ac sequi porrò ex animo desideramus. Si quis uerò est imbecillior, quàm qui aduersariorum iniquam de libro censuram possit negligere, hic primùm cogitet secum causam quæ oppugnatur, cum uniuersa Ecclesia, quæ Catholicæ nomen meretur, nobis esse coniunctam: deinde maiora & plura quidem nobis fauere quàm obstare suffragia intelligat. Loquor autẽ de iis testibus, quos omni exceptione maiores Cæsar in sua præfatione produxit,

nimirum Principes, Magistratus, Curias, Gymnasia, nam ab his librum eundem studiosè legi, legendumq; proponi, & publicè defendi, nobis etiam tacentibus passim res ipsa declarat. Verùm imprudenter ago fortaße, qui sanctæ simplicitatis oblitus, hæc persequor, uelut satis non habeam Ecclesiæ sanctæ authoritate fulciri, sed hominum quoq; fauorem & iudicia morer. At cupio sanè, quoad eius fieri potest, infirmorum uitare offendiculum; atque (uti Paulus iubet,) nō solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus bona prouidere. Igitur ueniam ab omnibus, qui rectè & candidè iudicabunt, me haud grauatim impetraturum confido, quòd in hac editione nomen meum profitear, cùm idem in exemplaribus non paucis iam antè (ut dixi) editis circumferatur, cùm & Cæsar hoc apertè in suo edicto expreßerit, cùm de-

mum & lege sit cautum ecclesiasti ca, ut liber nullus absq; authoris nomine & inscriptione probetur. Cæterùm in hac editione, aut potius operis recognitione, ingenuè fatebor id accidisse mihi, quod alijs sæpe doctioribus usu uenire solet, ut ad sensum illustrandum, iuuandumq; lectorem nonnulla immutauerim, multa etiam adiunxerim. Quod studium æquis quidem censoribus molestum esse non potest, ut qui re ipsa sæpe comperiunt, haud temerè iam olim dictum esse illud, Posteriora consilia meliora. Quanquã per nos etiã licet, si quibus ita lubet, ut prior editio retineatur. Nam utranq; Catholicam, & in astruenda ueritatis doctrina consentientem esse, docti deprehendent. Accessit porrò huic editioni tractatio, eaq; momenti nunc sanè maximi, de hominis lapsu & iustificatione, quemadmodum Tridentina Synodus grauißimè do-

cuit ac præscripsit. Nos ueluti lac paruulis præbuimus, dum prima & faciliora Christianæ doctrinæ seu capita, seu elementa percurrimus. A lacte porrò ad solidiorem cibum, hoc est, à Catechismo ad præclaram & absolutam hanc de Iustificatione doctrinam sunt adducendi, qui uelut ephæbi in Christo grandescunt, & sublimiora quædã pietatis dogmata possunt capessere. Nec uideo sanè, quid tanta de re grauius, commodius, absolutius & necessariũ magis in mediũ poßit adferri, quàm quod est à Synodo dicta profectum, nimirũ ut ueritatis de Iustificatione doctrina, quæ maximè oppugnatur, sincerè conseruari ac integrè defendi queat.

Sed iam tempus est, ut ad Vos redeam Præstantißimi Viri, qui rem uestra quidem humanitate dignam, mihiq; pergratam feceritis, si opus hoc recognitum, ut dixi, multisq; in locis locupletatum,

quod reuerenter à me nomini ue-
stro nuncupatur, æqui boniq; consu
latis. Neq; uerò mihi desunt cau-
sæ huius nuncupationis. Primùm
enim cupiebam obseruantiæ ac gra-
titudinis erga uos meæ testimonium
aliquod ac pignus exhibere, ut qui
multis annis in spectata Repub. ue-
stra uersatus, cùm liberalium ar-
tium, tùm sacræ Theologiæ studiis
apud uos operam dederim. Adhæc
Catholicum opus eiusmodi Patro-
nis uel maximè commendandum
erat, qui de re Catholica præclarè
meriti, ingentem suæ pietatis ac de
fensæ religionis gloriam essent con
secuti. Vbi non prædicabo, ut sa-
nè possem, Rempub. uestram, quæ
non frustrà tot seculis hoc insigni-
tur elogio, ut inter Germanicas
omnes iure quodam suo dicatur,
& sit FOELIX Agrippina Colo-
nia, sancta Romanæ ecclesiæ fide-
lis filia. Parùm sit, Vrbem ue-
stram in Romano imperio nulli se-

cundam, ſanctorum Martyrum ſan guine mirificè conſecratam, fortunis ac opibus abundantem cernere. Mirentur alij uetus apud uos gymnaſium, & celebre emporium. Ego uerò in primis hoc nomine uobis gratulandum, ſummasq; ſummo Deo gratias agendas eſſe duco, quòd Apoſtolico præconio iam olim Romanis delato uos quoq; dignos redditis, ut fides ueſtra in uniuerſo mundo annuncietur. Igitur ut auitam, certam & integram religionem conſeruetis, quo nihil habetis aut ſanctius, aut antiquius, impiis quidem nouationibus, ac prophanationibus nullum in Repu. ueſtra locum relinquitis, ſectarios autem horumq; conatus, qui uobis ſæpe inſidiantur, non minus prudenter quàm fortiter profligatis: tum præclaro ueſtræ pietatis zelo id perficitis, ut cùm alibi paſsim diſtracta ſint religionis ſtudia, & ſectæ inter ſe prorſus diſſectæ pe-

stilenter uigeant ; tamen apud Vos cor unum & anima una, unū etiam ouile sub uno pastore usq; perseueret. Ità demum re ipsa declaratis, haud temerè dictū esse, quod author uetustus, & ueritatis comprobandæ magis, quàm Stili ornandi studiosus memoriæ prodidit, cùm Vrbem uestram his uerbis iam in Ecclesiæ uestræ usum receptis, commendauit: POSTQVAM *fidem susceptisti, Ciuitas prænobilis, recidiua nō fuisti, sed in fide Stabilis. Inuideant hanc uobis fœlicitatem illi, qui depositum a Paulo cōmendatū non custodiunt, sed in aliud quoduis Euangeliū, quàm quod Apostoli annunciarunt, trausferri se patiūtur; neq; raro fidem perinde ac monetā cōmutant. Deum immortalē ex animo precor, uobis ut hāc gratiā et fidei cōstātiā, qua prælucetis Germaniæ, perpetuā esse uelit. Coloniæ Agrippinæ feriis Epiphaniæ Domini, Anno Virginei partus, MDLXVI.*




Quod Iesu Christo sem
per gratum, formandis piè
animis salutare, Christia-
næ Reip. & posteritati cõ-
modum sit: iussu & aucto-
ritate singulari opt. maxi-
morumq; Principum, D.
Ferdinandi Augusti Cæ-
saris, & D. Philippi poten
tissimi Regis, proponatur
legatur & teratur catholi-
cus hic Catechismus.

SVMMA DOCTRINAE CHRISTIANÆ.

CAPVT PRIMVM DE Fide, & Symbolo Fidei.

I

*Quis dicendus Christianus?**



VI IESV CHRISTI ueri Dei & hominis, salutarem doctrinam in eius Ecclesia profitetur.

Omnes proinde cultus & sectas, quæ extra Christi doctrinam, & Ecclesiam ubiuis gentium reperiuntur, ut est Iudaica, Ethnica, Mahometica, Hæretica, dam

* Actor 11.d. 1.Petr.4.d. Athan.contra Arria. orat.2. Cypria.epi.2. lib.4. & de simpl. præl. Ign. ad Magnesia. Aug.trac.113 in Ioã. & ser. 181. de temp. cap. 12. Tert.li. de pudicitia, & de præsc. hæret.

nat & deteſtatur penitus, qui uerè Chriſtianus eſt: & in ipſa Chriſti doctrina firmiter acquieſcit.

II.

Quo compendio Chriſtianã doctrinam licet cõplecti?

VT nimirùm Chriſtianus ea norit & obſeruet, quæ tum ad Sapientiam, tum ad Iuſtitiam ſpectant. Sapientia, ut Auguſtinus oſtendit, * circa uirtutes uerſatur Theologicas, Fidem, Spem, & Charitatem, * quæ & diuinitùs infunduntur, & cùm in hac uita purè maximeq; excoluntur, beatos homines diuinosque reddunt. Iuſtitia uerò duabus partibus, declina-

* Lib. 2. Retracta. c. 63. & Enchir. c. 3.

* I. Co. 13. d.

tione à malo,&boni operatione,abſoluitur. Huc enim ſpectat, quod Propheta inquit Regius: * *Diuerte à malo, & fac bonum.* Iam ex hiſce fontibus, Sapientiæ ſcilicet & Iuſtitiæ, non difficulter hauriuntur cætera, quæcunque Chriſtianæ quidẽ inſtitutioni, atq; diſciplinæ congruunt.

* Pſal. 33.c.& 36. e. 1. Pet. 3. b.

III.

Quid primum traditur in doctrina Chriſtiana?

Fides, ianua illa noſtræ ſalutis, ſine qua Deum inuenire & inuocare, * Deo ſeruire & placere * nullus in hac uita poteſt. *Credere enim oportet accedentem ad Deum*, inquit Apoſtolus: * *qui uerò non credide*

* Ro.10.b.
* Heb. 11 a.
Augu.ſer. 38. de temp. & ſer. 1.de uerbis Apoſtoli.
* Heb. 11.b.

rit, condemnabitur, & iam iudicatus est, ex Christi sententia. *

* Marc. 16. e. Ioan. 3. b.

IIII.

Quid Fidei nomine intelligitur?

* Ephe. 2. b. Heb. 11. a. Basil. in ser. de fidei confes. Bern. epist. 1. Aug. contra epist. fundamenti cap. 5.

DEi donum & lumen. * quo illustratus homo, firmiter assentitur atque adhæret iis, quæ ut credantur sunt diuinitùs reuelata, & ab Ecclesia nobis proposita.

Cuiusmodi sunt, Deũ esse trinum & unum; è nihilo creatum mundũ; Deum factum esse hominem, & pro hominibus mortem sustinuisse; Mariam & uirginem, & Dei matrem existere; mortuos omnes ad uitã excitandos esse; hominem

ex aqua & Spiritu ſan-cto regenerari; totum Chriſtum in Euchariſtia contineri, & id genus alia Religionis noſtræ uenerãda myſteria: quæ diuinitùs reuelata, non humani ſenſus captu cõprehendi, ſed fide duntaxat percipi poſſunt.

Vnde Propheta: * *Niſi credideritis* inquit, *non intelligetis*. Non enim ſpectat fides naturæ ordinem, non ſenſuum fidit experientiæ, non potentia aut ratione humana, ſed uirtute & authoritate diuina nititur, illud planè certum habens, ſummam æternámq; ueritatem, quæ Deus eſt, nec falli poſſe unquam, nec fallere.

* Eſaiæ 7. b. ſecundum 70. Baſil. in Pſal. 115. & in ſumma 80. moralium ca. 22.

Quamobrem id fidei

uel maximè proprium est, * ut in captiuitatem redigat omnem intellectum in obsequiũ Christi, apud quem * non est difficile, nedum impossibile, omne uerbum. Hæc* fides lumen est animæ, ostium uitæ, fundamentum salutis æternæ.

* 2.Cor.10.b.

* Lucæ 1. c.

* Euseb.Emi. homilia 2. de symb. Cyrill. catech.5. Illumin. Chryso.serm. de fide, spe, & chari. Cyril.lib.4.in Ioan. cap. 9.

V.

Est'ne breuis aliqua fidei complexio, ac summa omnium nobis credendorum?

EST illa, quam duodecim Apostoli suo symbolo tradiderunt, quamq; in sectiones, seu articulos duodecim aptè distinxerũt. Dignum sanè opus his* authoribus, qui post

* Amb. epist. 81. & ser. 38.

Christū Dominū Christianæ fidei præcipui & sanctissimi fundatores extitêre. Quod quidem symbolum uelut illustris nota est, qua Christiani ab impiis, qui uel nullā, uel non rectam Christi fidem profitentur, discernendi ac internoscē di sunt.

Aug. serm. de Tēpore 181. Ruffi in Sym. Irenę. li. 1. ca. 2. & li. 3. cap. 4 Hier. ad Pammachiū aduer sus errores Io an. Hierosol. Leo serm. 11. de pass. & epist. 13. ad Pulcheriam. & serm. contra Eutythetem. Maximus ser. de traditione sym.

VI.

Qui sunt symboli huius articuli?

CRedo in Deum Patrem omnipotētem, creatorem cœli & terræ.

II. Et in Iesum Christum, filium eius unicum Dominum nostrum.

III. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria uirgine.

IIII. Passus sub Pon-

Symbolum explicarunt Cyrill. in catechesibus illum. & Chrysost. ho. 1. & 2. in symb. Ruffin. in Symb. Aug. in enchiridio ad Laur. Item lib. 1. & 2. de symb. ad

catech. In lib. de fide & sym. Serm. 115.119.123. 125.131.181. 192.193.194. de tempore.

tio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.

V. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

VI. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

VII. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

VIII. Credo in spiritum sanctum.

IX. Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem.

X. Remißionem peccatorum.

XI. Carnis resurrectionem.

XII. Vitam æternam. Amen.

VII.

Quò maximè spectant hæc Symboli uerba?

EO certè, ut ueram Dei diuinarumq; rerum cognitionẽ, quæ ad bene beateq; uiuendum est in primis cuiq; necessaria, succinctè cõprehensam habeamus.

Vbi primum & præcipuũ habet locũ agnatio & confessio sanctissimæ Trinitatis, nè ullo modo dubitetur, Deũ, quo nihil aut * majus, aut melius, aut sapientius potest excogitari, in essentia quidem seu natura diuina unum & simplicem, in personis uerò tribus esse distinctum, * ut alius Pater, alius Filius, alius Spiri-

Hier. 9. f.
Io. 17. a.
1. Co. 2. a.
1. Pet. 1. b.

* Aug. cõfes. lib. 1. cap. 4. Aug. lib. de fide & sym. ca. 9

* Athan. in symbol.

tus ſanctus eſſe, ante omnia certò credatur. Pater eſt, qui ſuum ab æterno filium generat, fons & opifex rerũ. Filius ex Patris genitus ſubſtantia, mundi Redemptor eſt ac ſaluator. Spiritus ſanctus, qui & Paraclitus dicitur, Eccleſiæ ſeu Chriſti fidelium eſt adminiſtrator. Iam hi tres
* 1. Ioan. 5. b. unum ſunt, * hoc eſt, unus, uerus, æternus, immenſus & incomprehenſibilis Deus.

Pulchrè igitur huic ſanctiſſimæ ſimul & indiuiduæ Trinitati partes Symboli tres præcipuæ reſpondent. Prima nimirum de creatione, ſecunda de redemptione, tertia de ſanctificatione.

Quid

VIII.

Quid sibi uult primus Symboli articulus, Credo in Deũ Patrem?

OStendit nobis primum, Deum unũ & in Deitate primam personam esse Patrẽ cœlestem, æternum, potentia* maiestateq; summum, cui nihil factu impossibile sit uel difficile: qui uitæ ac mortis potestatem omnẽ obtinet.* Is ipse Pater filium* ex omni æternitate genuit, & nos hoc tempore gratiæ in filios sibi adoptauit. Eius tanta uis est, ut uerbo solo* tam uisibilia, quàm inuisibilia produxerit ex nihilo, producta uerò usque conseruet atq; gu

* Gene. 1. a. Esa. 53. a. Iob. 37. a. d. Ecclesiast. 3. b. Hier. 32. c.
* Sap. 16. b.
* Psal. 2. b. Heb. 1. b. Rom. 8. d.
* Psal. 32. b. Colo. 1. c. Mat. 6. d. Heb. 13. b. 1. Tim. 4. c. & 6. d. Ro. 11. d.

bernet summa cum bonitate ac sapientia: à quo & ad quem omnia. * Ipse Pater luminum, apud quem nõ est transmutatio; Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: talis demùm ac tantus, *ut ad nutum illius supera, terrestria, infera subitò pareant: quo duce ac protectore nos in summis etiam malis atque periculis illæsi ac tuti conseruamur.

* Iacob. 1. c. 2. Cor. 1. a.

* Luc. 12. a. Gen. 17. a. b. Psal. 26. a. 90. a. 124. a. Iob. 40. a. 41. a 1. Co. 10. c.

IX.

Quid habet secundus articulus, Credo in Iesum Christum?

Commonstrat secundam in Deitate personam, * Iesum Christum uerum Deũ,

* Luc. 1. c. 2. b. c. Matt. 1. d.

& uerum hominem, di- Esa.9.a.
ctum quidē Iesum, hoc Psa.44.b.88 c
est saluatorem populi Act. 4. e. & 10. f.
sui: & Christum, id est, 1. Reg. 9. 10.
unctum Spiritu sancto, 16.a.c.
ac plenum omni gratia Ioan. 1. b. f.
& ueritate, Messiam, Re Heb.3.a.5.b.
gem & Pontificem no-
strum, qui primatum te
net in omnibus, * & in * Col. 1.c.2.b
quo corporaliter inhabi
tat omnis plenitudo di-
uinitatis.

Ostendit eundem es-
se filium Dei unicum à
Patre natum, * ab æter- * Eph. 1. a. d.
no genitum, naturalem, Ioan. 10.e. f.
consubstantialem, & ei Heb. 1. a.
prorsus æqualem secun- Apoc. 1. d.
dum diuinitatem: Do- Mat. 28. d.
minum uerò nostrum & Dan. 7. d.
omnium in ipsum cre-
dentium, ut quos ipse
perditos ex seruitute Sa
tanæ ultrò liberauit, * * Luc. 11. c.

Rom.8.a. 1.Cor.6.d. quosque iugo peccati & damnationis obnoxios liberalissimè redemit.

Is impiis quoque dominatur. omnia enim pedibus eius subiecta sunt. * Tum uerò maximè Dominum dominãtium, * & Regem Regũ se improbis ac uniuerso mundo palàm declarabit, cum hostes ad unũ omnes quamuis inuitos suæ subiiciet potestati, ac * ueluti paleam igne comburet inextinguibili. Hic * dilectus Filius, hic noster Emanuel, * & audiendus Præceptor: nec aliud nomen est sub cœlo datũ hominibus, * in quo nos saluos fieri oporteat.

* Psal.8.b.
* Apoc. 19.c. Matt.25.c.
1.Cor.15.d.
* Matth.3.c.
* Luc. 3.e.
* Matth. 1.d. 17.a.
* Act. 4. b.

X.

Quid credendum proponit tertius articulus, Conceptus eſt de Spiritu ſancto?

EVndem teſtatur Dominum, qui iam inde ab æterno genitùs à Deo Patre * ſine matre fuit, propter nos de cœlis deſcendiſſe, & humanã aſſumpſiſſe naturam, qua * temporaliter & conceptus ſit in Nazareth, & ſub Cæſare Auguſto in Bethleẽ natus ſine patre ex illibata Virgine, operante ſcilicet in illa ſic Spiritus ſancti uirtute, ut (quod admirationem omnem excedit) VERBVM caro, & DEVS homo fieret, atque MARIA

* Mich.5.a. Ioan.1.a.16.f

* Mat. 1. c. d. Luc.1.c.d.2.a Eſa.7.c. Hier.31.d.

ſimul Dei mater & uirgo eſſet.

Conc. Ephe. cap. 13. Hiero. in Heluid. Ioan. 3. a. 1. Pe. 2. a. 3. d. Heb. 1. a. 7. d. Tit. 3. b.

Hæc Filij Dei temporalis conceptio & generatio, humanæ ſalutis ac redẽptionis primordia continet, noſtræq́ue eſt forma regenerationis. Ea fit, ut maledicti Adæ filij* de immundo ſemine concepti, & iræ filij nati, purificemur: tum ut è carnalibus ſpirituales, ac planè filij Dei efficiamur in Chriſto, cui Pater æternus conformes fieri uoluit electos, *ut ſit ipſe*, quemadmodum Paulus ait, * *in multis fratribus primogenitus*.

Iob 14. a. Ephe. 2. a. Rom. 6. a. 8. a.

* Rom. 8. f.

XI.

Quid cõtinet articulus quartus, Paſſus ſub Pontio Pilato?

OStendit Christū,* cū præclarè docē di & miracula patrandi finē fecisset, suū pro nobis, qui perieramus, redimēdis agonem tandē absoluisse. Itaque* licèt Agnus esset absque macula innocentissimus, imò & Deus* simul immortalis, tamen ut charitatem* erga nos suam maximam declararet, passus est ille uolens * à scelestissimis extrema & acerbissima quæq;. Vnde nec iudicium impij iudicis Pilati quãuis iniquissimum, * neq; crucem probrosissimũ supplicij genus * defugit, mortem pro nobis crudelissimam adiens, & se pulturam in alieno etiã monumento delatã non

* Act.10.f. Matth.27.f. Mar.15.c.
*Esa.50.c.53. a.b.c. Ioan.1.d. Heb.7.d. 1.Pet.1.c.2.d Apoc.1.d.
*1.Tim 6.c.d
*Rom.5.b.
* Ioan.18.a. 19.b. Ioã.3.b.12.e.
* Ioan.19.c.
*Bapi.2.d.

* Matth.27.g * recuſans: totum ut ſe uiuens moriens donaret atque impenderet mortalibus.

Quæ Chriſti pasſio, ſanguis, crux, uulnera & mors, peccatoribus conſolationem, ſanitatem, uirtutem & uitam continuè exhibent, ſi tamen * paremus & compatimur capiti, ut ita ſimul & conglorificemur. *Conſummatus * enim factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ.*

* Rom. 8. c. 2. Cor. 1. b. 2. Tim. 2. b.

* Heb. 5. c.

XII.

Quis uſus & fructus in eo eſt, quòd crucem Chriſti digitis efformamus, & ea frontem conſignamus?

De cruce uide Tertul. de corona militis.

HVnc ſanè ritum & ueterum pietas,

& constans Ecclesiæ consuetudo nobis commendat. Ac primùm hinc excitamur ad gratã memoriam summi mysterij atque beneficij,quod nobis in cruce peractũ, ac amplissimè donatum fuit.

Deinde prouocamur ad ueram sanctamq; gloriam & totius salutis nostræ anchoram in cruce Domini nostri defigendam.

Est hoc præterea testimonium, nos cũ inimicis crucis Christi Iudæis ac Ethnicis nihil habere commune, sed contra hos omnes liberè profiteri quem colimus, Dominum Iesum, & hunc crucifixum.

Hoc etiam signaculo

Basil. de Spiritu sancto, cap. 27. Aug. de Catechi.rud. c. 20. & Tracta. in Ioan. 118. Nazian. orat. 1. in Iulian. Hiero.ad Eusto. de cust. uirg.& ad Fabiol. de ueste sacerd. Chrysos.in 1. Corint. Hom. 12. & 55. in Matth. Tripart. hist. lib.6.c.1. Effrem.in ser. de S. cruce. Ori. Ho.8. in diuers.euang. Ruff.libr.1.ecclesi.hist.c.29. Niceph.li.18. c.20. Cyril. cathec. 4.& 13.illum.

ad patientiæ ſtudium in citamur, ut ſi æternæ gloriæ cupidi ſumus (eſ ſe uerò debemus omnes) crucem quam coli mus, & uiam crucis, du ce Chriſto, non grauatim * amplectamur. Ne que minus arma hinc ui ctricia petimus * aduer ſus Satanam olim crucis uirtute proſtratum, imò & contra omnes noſtræ ſalutis aduerſarios ita communimur.

* Matt. 16. d. Luc. 9. c. 1. Pet. 3. c. a. d.

* Athanaſ. in uita S. Anto. Hiero. in uita S. Hilarionis. Ignatius ad Philipp.

Demùm * ut auſpicatius ordiamur, & maiorem in rebus gerendis ſucceſſum experiamur, hoc crucis illuſtre trophæum arripimus, & in hoc ſigno * uicturi, ſæpe dicere non dubitamus: In nomine † Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

* Amb. ſer. 43.

* Euſeb. li. 1. de uita Conſtantini.

XIII.

Quid credendum profert quintus articulus, Descẽdit ad inferos, & resurrexit?

CHristũ docet, postquam mortuus esset in cruce, secundum animam quidem ad inferos usque penetrasse,* tum ut mortis ac Satanæ deuictorem, tum ut Patrum in limbo sedentium liberatorem sese declararet: secundum corpus autem, quo iacuerat in sepulchro, tertio pòst die, cùm Triumphator* ex inferis redire uellet, eundem ad uitam sua ui immortalem ac gloriosum, primogenitum ex mortuis resurrexisse.

Zach. 9. c. 1. Pet. 3. d.

* Eccl. 24. a. Act. 2. d. Iren. lib. 5. in fine. Aug. ep. 99. & 57. & li. 20. de ciu. Dei ca. 15 Hiero. in ca. 4 ad Ephesios. Iustin. in dial. cum Tryph.

* Oseæ 13. d. Matt. 12. c. Act. 17. g. Ioan. 2. d. 1. Cor. 15. a. c. 1. Thes. 4. c. d. Apo. 1. b. d. Col. 1. c.

Quo admirabili opere consolatur ac docet, electos de potestate Satanæ, mortis & inferni liberari, eamq; resurgēdi gratiam omnibus offert atque cōmendat, ut uerè credētes in Chri-
* Rom. 6. a. Col. 3. a. b. Phil. 3. d. Eph. 4. e. 1. Pet. 1. a. stum, * de uitiis ad uirtutem, à morte peccati ad uitam gratiæ, in fine porrò seculorum omnium de morte corporis ad uitam immortalē
* 2. Co. 4. d. 1. Thes. 4. c. d. resurgant. Nam * *qui suscitauit* IESVM, *& nos cum* IESV *suscitabit.*

XIIII.

Quid adfert sextus articulus, Ascendit ad cœlos?

Psa. 67. d. 46. a 8. a. Mar. 16. d. Ioan. 3. b. Act. 1. b. ABsoluto humanæ redēptionis opere, Dominū Iesum osten dit, postquam rediui-

uus ille ſuis apparuiſſet, multisq; argumentis re ſurrectionis ſuæ ueritatem confirmaſſet, demũ quadrageſimo die incœlum aſcendiſſe, ut ſecundum naturam humanã ſuper omnia exaltaretur, & unus omniũ maximè ab omnibus celebraretur. Sedet igitur Dominus Ieſus in cœlis ad dexteram uirtutis Dei, parem cum Patre poteſtatem exercẽs, gubernans omnia, diuinaq; maieſtate reſplendens penitus: quod eſt nimirum ad Patris ſedere dexteram.

Eph.4.b.2.b. 1.e. Col.3.a. Heb.1.b. 1. Pet. 2. a. 1. Ioan. 2.a.

Hæc læta Chriſti aſcẽſio, noſtræ Fidei ac Spei certitudo eſt, ut quò caput præceſſit proſtratis ſemel hoſtibus, eòdem

* Rom. 8. c. Hebr. 5. c. 2. Timo. 2. b. Ioan. 15. a.

membra etiam, * si capiti modò pareant & inhæreant suo, peruentura esse maximè confidamus. * *Vado*, inquit, *parare uobis locum*.

* Io. 14. a.

XV.

Quid credendum exhibet septimus articulus, Inde uenturus est iudicare?

Psa 96. a. Esa. 3. c. 66. d. Soph. 1. e. Mat. 4. a b. Zac. 14. a. Ioel. 3. a c.

PRoponit extremũ iudicij diem, quando Christus in humana carne rursus à summo cœlo descendet, ac tremendum aget iudicem totius orbis, & palàm unicuique reddet secundum opera sua. Iudicabit * igitur in sede maiestatis suæ ad unum omnes probos ac improbos, siue quos iudicij

* Mat. 25. c. Luc. 21. e. Act. 10. f. 1. Thes. 4. d. 1. Cor. 15. g.

dies illa uiuos adhuc in carne, uel anteà mortuos offendet.

Vnde admonemur, eò cautius rectiusq; nobis uiuendum esse, quò certius persuasum habemus, * nostras actiones, cógitationes & uitæ rationes omnes ob oculos cuncta cernentis, & æquissimè iudicātis Dei usque uersari. Etenim æquus & iustus est* scrutator ille cordiũ & uindex iniquitatum, ante cuius tribunal manifestari nos omnes oportet, ut unusquisque pro ut gessit suo in corpore, siue bonum, siue malũ, ab illo recipiat. Qui nec boni quicquã in hac uita gestum suo præmio * defraudabit, nec perpe-

* Matt. 12. c
Sap. 1. c
Eccl. 12. d.
Basi. epist. 185
Hie. 17. b.
Heb. 4. d.
Gal. 6. b.
1. The. 4. b
Eccl. 12. d.
2. Co. 5. b
Ro. 14. b.
*Matth. 10. d.

*Iob 24.b. ram facta ulla *impunè sinet abire.

XVI.

Quæ summa est articulorũ de secunda in Deitate persona?

HAEC summa est, CHRISTVM uerũ Deum & hominem esse, qui mirificum Redemptionis humanæ opus sit aggressus aque perfecerit, ut idem sit ipse nobis uia, *ueritas & uita, per quem unum, cùm periissemus omnes, saluati & liberati, Deoq́ue Patri recõciliati sumus.

*Ioan. 14. a. Ro. 5. b. Apo. 1. b. 1. Tim. 2. b.

De cuius quidem Redẽptionis beneficio ac uero usu ita scriptum est: *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos,*

Tit. 2. d.

ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri IESV CHRISTI *: qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Sic Apostolus Paulus. Et * alibi: *Ipsius* (Dei) *sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus.* Atque iterum, *Pro omnibus mortuus est* CHRISTVS, inquit, *ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.*

*Eph. 2.b.

2. Co. 5.c.

Quare cauendus illorum est error maximè, qui CHRISTVM non integrè, sed ueluti mutilatum confitentur, dum solum Mediatorem illũ & Redemptorem cui fidamus, agnoscunt: nec simul recipiunt eum & legislatorem, *cuius iussis obtemperemus, & uirtutum exemplar omnium, *quod imitemur, & iustum iudicem, *qui debitum cuiusq; operi præmium aut suppliciũ certò rependat.

1. Ti. 2. b. Rom. 3. d. * Esa. 33. d. Iaco. 4. c. * Ioã. 13. b. d. 1. Ioan. 2. b. * 2. Ti. 4. b. Rom. 2. b.

XVII.

Quid docet octauus articulus, Credo in Spiritum sanctum?

Subiungit tertiam in Deitate personam, Spiritum sanctum: qui

Gen. 1. a. Psa. 103. d. Iob 24. b. Mat. 28. d. Ioan. 1. c. 14.

ex Patre Filioq; procedens, uerus, utriq; coæternus, coæqualis, consubstantialis Deus existit, & eadē fide pariq; cultu & honore colendus est.

b. d. 16. c.
1. Io. 5. b.
Ro. 8. b. c.
2. Co. 3. d.
Concil Constantinop. 1. can. 7. & Florent.
Augu. de fide & sym. cap. 9.
Hil lib. 8. de Trin.

Hic ille Paracletus & Doctor ueritatis, qui corda credentium gratia sua suisq; donis illustrat, purificat, sanctificat & in omni sanctitate confirmat. Hic est pignus * hæreditatis nostræ, qui adiuuat infirmitatem nostram, & singulis prout uult, uarias donationes suas distribuit impertitq;.

* Eph. 1. e.
Rom. 8. e.
1. Cor. 12. b.

XVIII.

Quid addit articulus nonus, Credo Ecclesiā sanctam Catholicam?

OStendit Ecclesiã, id est, cunctorũ Christi fidelium * uisibilem congregationem, pro qua Dei filius hominis natura suscepta, cuncta & fecit & pertulit: Eamq; docet primùm * unam esse & consentientem in fide fideiq; doctrina, & administratione Sacramentorũ, quæq; sub uno capite suo Christo, unoq; uices eius in terris gerente * Pontifice Maximo regitur, ac in unitate conseruatur.

Deinde hanc Sanctã * esse prædicat, quia per Spiritum sanctũ à Christo usque sanctificatur, ut sancti homines & sanctæ leges nunquam in illa desint. Nec ullus extra huius cõsortium san

* Mat. 5. b. Esa. 60. c. Psal. 18. a. Aug. tract. 1. in epist. Ioan. & de unitat. Eccl. c. 14. Ambr. in 11. ca. Lu. Chris. hom. 4. de uerbis Esaiæ.

* Ioan. 11. g. 10. c. 17. b. Canti. 6. c. 1. Co. 1. b. 12. b. d. Ephe. 4. a. Cypr. de sim. prel. Iren. li. 1. ca. 3 Hiero. ad Gerontiam de monog. Chry. hom. 1. in 1. ad Cor.

* Cypr. de sim pl. & lib. 1. ep. 3. & li. 4. ep. 9.

ctitatis particeps esse potest.

Tertiò esse Catholicam, * id est, uniuersalem, adeò ut per orbem longè lateque diffusa, omnes omnium temporum, locorum ac nationum homines, qui modò in CHRISTI fide ac doctrina cōueniunt, uno quasi materno sinu excipiat, concludat ac saluet.

Quartò esse in eadē Ecclesia Sanctorū communionem, ut * qui in Ecclesia, ueluti domo Dei familiaque uersantur, societatem quandam inter se & unionē seruent indiuiduam, & sicuti unius corporis mēbra, mutuis officiis, meritis & orationibus se

Iren.li.3.ca.3
Hiero.ad Damasum to.2.
Leo epist. 89.
* Ephe.5.e.
Cant. 4. b.
Aug. in ench. c. 56.
Bern.serm. in uigilia nat.
Gre.l.35 mor. c. 6.
Iren. lib. 3. ca. 40.
* Act. 1. b.
Mar. 16. d.
Mat. 28. d.
Aug.epist.107 & 166. Contra epist.fund.ca. 4 lib. de uera relig.ca. 7.
Vincentius Lirin.
Hiero. contra Lucif.
Beda in 6. c. Cant.
* Ephe.4.c.d.
Psalm.118. h.
Philip.1.2.
2. Cor. 8. c.

1.Ioan. 1.b. Rom.12.b. Aug. tra. 32. in Ioan.

* Euseb. eccl. hist.li.7.ca.22 Aug. 2. con. ca.6.&epis.19 Item de uera rel. c. 6.

* Ephe. 4. a.

inuicem iuuent. Apud hos est unitas fidei, doctrina consentiens, conformis usus Sacramentorum: qui etiam,*qualescunque demum quorundam errores aut dissensiones incidant, solliciti * sunt seruare unitatem Spiritus in uinculo pacis. In qua quidẽ communione non modò sancti Ecclesiæ militantis in terra peregrinantes, uerùm etiã beati omnes Ecclesiæ cum CHRISTO in cœlis felicissimè triumphantis,* ac insuper piorum animæ, quæ ex hac uita egressæ, nondum * tamen illã beatorum fœlicitatem sunt consecutæ, simul comprehenduntur.

Aug. de tempore ser. 181. cap. 13. & in Enchir.ca.56.

* Aug.lib.20. de ciuit. Dei cap. 9.

Extra hanc Sanctorũ communionem (ſicut extra * Noë arcam) certum quidem exitium, nulla uerò ſalus mortalibus: nõ Iudæis aut Ethnicis, qui fidem Eccleſiæ nunquã receperunt: non Hæreticis, qui receptam deſeruerunt uel corruperunt: nõ Schiſmaticis, qui pacem & unitatem Eccleſiæ reliquerunt: poſtremò neq; excommunicatis, qui * qualibet alia graui de cauſa id meruerunt, ut ab Eccleſiæ corpore, ceu pernicioſa quædam mẽbra, præſcinderentur ac ſepararentur. Atque iſtiuſmodi omnes, quoniã ad Eccleſiam, eiusq; ſanctã communionẽ nõ pertinent, diuinæ gra-

* Gene. 7. d. 1. Pet. 3. d. Ire. li. 4. c. 43. Cypr. lib. 1. epiſt. 11. Aug. epi. 50. & 152. de uni. eccl. cap. 16. Aug. uel Fulgentius de fide ad Petrum cap. 38. & 39. Greg. 14. mo. c. 2.

* Nu. 12. d. Mat. 18. b. Cypr. lib. 1. epi. 11. Ire. li. 4. c. 43. Aug. li. 1. contra aduerſ. leg. & proph. cap. 17. 1. Cor. 5. a. 2. Ioan. c. d. 2. Theſſ. 3 b. d

tiæ & ſalutis æternæ nō poſſunt eſſe participes, niſi Eccleſiæ, à qua ſuo illi uitio ſunt ſemel auulſi, primùm reconcilientur atque reſtituantur. Certa eſt enim * Cypriani &* Auguſtini regula: Non habebit Deum Patrem, qui Eccleſiam noluerit habere Matrem.

* De ſimplic. prælatorum
* Li. de Sym. ad catech. cap. 10.
Idem Aug. in Pſal. 88.

XIX.

Quid proponit articulus decimus?

R*Emiſſionem peccatorum*, qua ſine iuſtus & ſaluus eſſe nullus poteſt. Hunc autem uerè diuitem Theſaurum Chriſtus * nobis acerba morte, ſuoq; precioſo ſanguine cōparauit, totus ut mundus peccatis eorumq; pœnis perpetuis

* Mat. 1. d.
Apo. 1. b.
Luc. 24. g.
Act. 10. g.
Hebr. 9. d.
1. Ioan. 1. c.

tuis liberaretur.

Cuius quidem Thesauri per Christi gratiã participes duntaxat fiũt ij, * qui se Fide & Baptismo ad Christi adiungunt Ecclesiam, & in eius unitate obedientiaq́; persistunt. Deinde qui de cõmissis post Baptismũ peccatis pœnitentiam seriò agunt, & iis aduersus peccata pharmacis quæ Christus instituit, hoc est, Sacramentis, conuenienter utuntur.

1. Petr. 1. c.
Eph. 1. b.
Col. 1. b.

* Aug. in Enchir. cap. 64. & 65.

Atq; huc spectat potestas, * ut uocant, clauium, quam Christus ad remittenda peccata ministris Ecclesiæ, & in primis Apostolo Petro * eiusq́; successoribus legitimis, utpote summis

* Chry. l. 3. de sacerd.
Cyp. li. 1. ep. 2
Lucæ 10. f.
Ioã. 20. e. 21. e
* Matt. 16. c.
Bern. li. 2. de cõsid.

Ecclesiæ rectoribus, cõmendauit.

XX.

Quid habet undecimus articulus?

Esa.26.d.
Iob 19.d.
Eze.37.a.
1.Cor.15.g.
Io.11.c.
Dan. 12.a.
Phil. 3. d.
Hiero.ad Pãma. aduer. er.
Ioã.Hierosol.
Aug. in ench. c.92.

C*Arnis resurrectionem*, quæ in nouissimo die bonis malisque continget. Nam corpus hoc quod fragile, caducum, multisq; morbis & perpetuis ærũnis obnoxium, & post mortem quoque uermibus exedendum circunferimus, tũ reuiuiscet, cùm in extremo illo die mortui omnes CHRISTO uocante iudice simul ad uitam & iudiciũ * excitabuntur. Igitur * ante CHRISTI tribunal in carne cuncti apparebunt, ut citra exce-

* 1.Thess.4.d.
* 2. Co.5.b.
Aug. enchir. c. 88.

ptionem unusquisque, prout gessit in corpore suo, quod illi reddetur integrum, siue bonum, siue malum recipiat.* *Procedent autem, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem iudicij,* & in supplicium æternum.* * Ioan.5.c. *Matth.25.d.

Hac fide uir bonus & patiens in ærumnis se uel maximis cõsolatur, ut in supremo etiam uitæ agone dicat, *Scio quòd Redemptor meus uiuit, & in nouißimo die de terra surrecturus sum, & rursus circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum.* Prudentes illi sanè, qui terrena hæc & moribunda membra, in iustitiæ ac uirtutis ser Iob 19.d. 1.Corint.9.d.

uitutem redigũt, quiq́; corpus hoc ueluti uas purum, beatæ præparãt immortalitati.

XXI.

Quid est postremus symboli articulus?

1. Cor. 2. c.
Ioan. 17. a.
Mat. 19. b. d.
25. d.
Apo. 2. b. c. 3.
c. 7. d. 21. b.
22. c.
Tit. 1. a. 3. b.
1. Ioan. 2. d.
1. Pet. 1. a.
Rom. 6. d.
Aug. de ciuit.
Dei li. 22. ca.
29. & 30. li. 4.
de Tri. ca. 2. &
li. 3. de lib. ar.
c. ult.

DE uita æterna, quã electis post mortẽ superesse minimè dubitemus. Atque hic fructus & finis est fidei, spei, patientiæ & exercitationis Christianæ. Cuius uitæ consequendæ causa nullum pietatis opus arduum, nullus labor grauis, nullus dolor acerbus, nullum in rectè agẽdo patiendoq́; tempus diuturnũ ac molestum uerè credenti debet existimari. Quod si uita hac, quæ calamita-

tis alioquin plena eſt,ni hil dulcius ac optabilius ducitur, quanto illa demum potior habẽda eſt, quæ ab omni malorũ ſenſu & metu procul abeſt, quæ cœleſtibus & ineffabilibus ſine fine gaudiis, deliciis ac uolu ptatibus omni ex parte ſemper abundat.

De qua uita, CHRISTVS, *Nolite timere puſillus grex*, inquit, *quia complacuit Patri ueſtro da re uobis Regnum.* Qui & in extremo iudicij die dicet electis: * *Venite benedicti Patris mei, poſsidete paratum uobis Regnũ à conſtitutione mundi.* Impiis uerò in hunc mo dum loquetur: * *Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt*

* Luc. 12. d.

* Matt. 25. c.

* Ibidem d.

Diabolo & angelis eius. Id quod non solùm ad Ethnicos, Hæreticos, Schismaticos & palàm flagitiosos pertinet: uerum etiam ad Christianos omneis, quos in mortali peccato mors opprimit, est referendum.

Adijcitur demũ clausula isthæc *Amen*, ut fidei & confessionis huius Christianæ testimonium apud nos indubitatum esse ac solidum confirmetur.

XXII.

Est'ne satis Christiano ea sola credere, quæ complectitur Symbolum?

PRimùm & maximè quidẽ ea, quæ Symbolo traduntur Apostolico, cuiuis credenda &

apertè profitenda ſunt. Ea uerò explicatioria fiunt ex collatione tum Nicæni Symboli, tum eius, quod Athanaſio inſcribitur.

Secundò Chriſtianus, quæcunq; Scriptura diuina ſeu Canonica complectitur, credat neceſſe eſt. Certos uerò & legitimos ſcripturæ libros non aliunde, quàm ex Eccleſiæ iudicio & authoritate petere fas eſt.*

2. Pet. 1. d.

*Aug. cōt. epi. Fund. c. 5. & Hiero. in ſym. ad Damaſ.

Tertiò huc illa pertinēt, quæ partim ex Symboli articulis, partim ex Scripturis, uelut diuinis fontibus, neceſſariò deducuntur.

Quartò demum pro ſacroſanctis habēda firmisſimaq; fide complectenda ſunt, quæ Spiri-

tus ſanctus credenda nobis reuelat pronũciatq; per* Eccleſiam, ſiue ſcripto illa, ſeu uiuæ uocis traditione nobis commendentur. Qua de re poſtea commodius diſſeretur.

* Cyrill epiſt. 10. ad Neſtor. Conc. Nic. & Conſt. Iren. lib 3. ca. 4. & lib. 4. cap. 45. & 63. Aug. cõt. epiſ. fundam. ca. 4. Hier. con. Lucife. Cypr. de ſimplici. Prælat. Hiſtor trip. li. 9. cap. 19. Tert. de præſc. Vinc. Liriñ. cont. nouatores.

Circa hæc igitur omnia fides orthodoxa uerſatur, qua ſine Sectarij omnes fruſtra ſibi ac aliis gratiam & ſalutem in Chriſto pollicentur.

CAPVT II.
de Spe, & oratione dominica.

I.

Quid est Spes?



Irtus est diuinitùs infusa, * per quam certa cũ fiducia, nostræ salutis & æternæ uitæ bona expectantur.

* 1.Cor.13.d. Rom.5.a. Tit.2. d. 1.Pet. 1. a. Iac.1.a. Ioan.14.b.15. a. c. 1. Ioan. 5.c. Mar.11. c.

Parùm est alioquin Deo Deiq; uerbo fidem habere, ac diuina, quæ in Ecclesia prædicãtur, dogmata profiteri, nisi Christianus Dei bonitate percepta, spem inde concipiat ac fiduciam

consequendæ gratiæ & salutis æternæ. Quæ spes tantoperè iustum fulcit in summis ærumnis, ut etiam si mundi & uitæ huius præsidiis omnibus destituatur, intrepi

* Iob 13. b. dè tamen dicat: * *Etiam si me occiderit, in eum sperabo*. Et, *In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro. Deus meus in te confido, non erubescam*.

Psal. 55. a.

Psal. 24.

II.

Qua ratione hanc spem licet consequi?

1. Thess. 5. c.
Lucæ 11. b.
Matt. 7. b.

PRimùm huc pertinet ardens & frequens ad Deum precatio. Deinde nutrienda Spes est & excitãda quotidiana meditatione bonitatis ac beneficiorum Dei, illorum præser-

tim, quæ CHRISTVS Dominus pro immensa in nos charitate sua præstitit ac promisit uel immerentibus. Demum conscientiæ puritas coniungenda uenit, eaque piis operibus & inuicta in aduersis patiētia semper est comprobanda. Nam quibus bonæ conscientiæ testimonium,* aut melioris uitæ propositū deest, hi spē quam oportet, non adferunt, sed præsumptionem potius, & uanā omninò fiduciam temerè iactant, quantumuis de Christi meritis Deique gratia glorientur.

* Aug. in Psal. 31.

Spera, inquit Propheta, * *in Domino, & fac bonitatem*. Idemq; rursus: * *Subditus esto Do-*

* Psal. 36.3.

* Ibidem.

mino, & ora cũ. Et alius,* *Bonus est Dominus sperantibus in illum, animæ quærenti illum.* Quam Spem ab omni timore disiungendam non esse, satis illud ostendit: * *Benepla citum est Domino super timentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius.*

* Thre. 3. c.
* Psal. 146. b.

III.

Quæ bona sub Spẽ cadunt, & Christiano speranda sunt?

PRæcipuè quidẽ bona illa Regni cœlestis, quæ homines beãt, nec sinunt ulla ex parte miseros esse. Tum illa demum, quæcunq; mortalibus in hac uita conducibilia rectè à Deo desiderantur atque pe-

tuntur, in bonis ſperandis & expectandis debent haberi. Ea uerò præcipuè relucēt in Dominica Oratione, utpote quam Christus Dominus * ore ſacro prodidit, & admirabili ſapientia præſcripſit omnibus, qui ſpem ſuam ac uota oratione cupiunt Deo explicare.

* Matth. 6. b. Luc. 11. a.

IIII.

Quæ forma eſt Dominicæ Orationis?

HAEC eſt, *Pater noſter qui es in cœlis,*

1. *Sanctificetur nomen tuum,*
2. *Adueniat regnū tuū,*
3. *Fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo & in terra,*

Orationē Dominicam explicat Tertul. lib. de orat. Cypr. ſerm. 6. de orat. dom. Cyrill. Catec. 5. myſtagog. Chry. Hom. de orat. dom.

& in c.6. Mat. Hiero. Theof. Euthym. in Matth.
4. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,*

Ambr. li. 5. de sacramen. c 4. Aug. epis. 121. ad Probam. cap. 11.
5. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris,*

Idem li. 2. de ser. do. in mót. & Hom. 42. & 50. & serm. de temp. 126. & 135. & 182. Chrysolo. ser. 67. & sequen.
6. *Et ne nos inducas in tentationem,*

7. *Sed libera nos à malo. Amen.*

V.

Quæ summatim in Dominica Oratione tractantur?

Aug. in ench. ca. 115. & lib. 2. de serm. Dom. in monte capite 17.

SEptem in ea petitiones proponuntur, ad quas referri omnes omnium orationũ species & formæ possunt ac debent, siue pro expetẽdis bonis, siue pro delendis peccatis, siue pro auertendis malis quibus

libet diuinam opem im ploremus. In prioribus autem tribus petitionibus ea, quæ propriè ad æterna pertinent: in reliquis quatuor etiã temporaria, quæ & ipſa propter æterna conſequenda ſunt nobis neceſſaria, ordine poſtulantur.

VI.

Quid ſibi uult initium orationis, Pater noſter qui es in cœlis?

PRæfatiuncula eſt, & nos memores reddit ſummi beneficij, quo Deus Pater, æterna illa maieſtas, in cœlis perbeatè regnans, nos recepit in gratiam, & propter Chriſtum filium in ſuos quoq; filios & regni cœleſtis hæredes per Spi

Exodi 15. c.
Eſaiæ 42. b.
63. d.
Malach. 1. b.
2. Cor. 1. a.
Philip. 4. d.
Apoc. 4. d.
Rom. 8. c.
Gal. 4. a.

ritum ſanctum adoptauit.

Quæ tantorum beneficiorum memoria non ſolum attentionem excitat, ſed etiam ad redamandum Patrem, illique obtemperandum prouôcat filios, neq; minus orandi impetrãdiq; illis auget fiduciam.

VII.

Quis eſt ſenſus primæ petitionis, Sanctificetur nomen tuum?

IN nobis, quemadmodum in omnibus aliis, promoueri ſemper
* Matt. 5. b. &augeri petimus, *quic
1. Petri 2. c. quid ad gloriam ſum-
1. Cor. 10. g. mi optimiq; Patris noſtri ſpectat.

Id uerò fit maximè, cùm ueræ fidei confeſ-

ſio, Spes etiam & Charitas, ac ſimul Chriſtianæ uitæ ſancta conuerſatio ſuam in nobis lucem ac uim exerit, ut ſpectãtes alij * quoque glorificent Patrem.

* Matt. 5. b.

VIII.

Quid continet ſecunda petitio, Adueniat regnum tuum?

PEtimus, ut per gratiam & iuſtitiam ſuam regnet in Eccleſia Deus, imò & in mundo uniuerſo, eiectis hinc aduerſariis poteſtatibus, & cupiditatibus malis omnibus è medio profligatis.

Rom. 14. c. Pſ. 22. a. 67. a. 1. Cor. 3. c. 4. d Eph. 1. d. Matt. 13. f. 1. Cor. 15. c. d Col. 1. b.

Tum optamus & precamur, ut ex hoc mundo, ueluti è graui peregrinatione militiaq; uo

1. Pet. 2. b. Iob 7. a. 2. Co. 5. a. b.

cati, quàm primùm trāſferamur ad regnum gloriæ & fœlicitatis æternæ, ut cū Chriſto & Sanctis ejus in ſempiternū regnemus.

I X.

Quid includit tertia petitio, Fiat uoluntas tua?

Pſal. 102. d.
Rom. 1. b.
Act. 9. a. 21. c.
Deut. 12. a.
Heb. 13. d.
Iac. 4. d.

ROgamus, ut ſicut in cœlo Angeli & Beati omnes, nos quoq, in terris, quamuis imbecilles & exigui, exactā Deo præſtemus obedientiam, nihil habentes prius, quàm ut diuinæ uoluntati tū in proſperis, tum in aduerſis libenter nos ſubijciamus, & noſtra quæ ad malum prona eſt, uoluntate reiecta, in diuina ſemper acquieſcamus.

Gen. 8. a.

X.

Quid habet quarta petitio, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?

AB omnis boni authore ac fonte nos, ueluti pauperes & mendici, ea desideramus, quæ ad hanc uitã corporis quotidie sustẽtandam sunt satis, uictum scilicet & uestitum: prætereà quæ ad uitam animæ promouẽdam faciunt, nimirum uerbum Dei, animæ spirituale pabulum, sacrosanctam Eucharistiam, *panem illum cœlestẽ, cæteraq; salutifera Ecclesiæ Sacramenta ac Dei dona, quæ ad benè beateq; uiuendum pascunt,

Iac. 1. a.
Psal. 39. d.
Deut. 10. d.
Gen. 28. d.
1. Tim. 6. b.
Prouer. 30. a.

* Hier. in 6. c. Matth.
Tert. de orat.
Cypr. serm 6.
Ambr. li. 5. de sacr. cap. 4.

curant, confirmant hominem interiorem.

XI.

Quo pacto intelligitur quinta petitio, Dimitte nobis debita nostra?

1. Cor. 10. Leu. 26. c. & seq. Nu 5 a.c. Exod 32. f. g. Luc. 7. g.

HIC petimus, à labe peccati, quo nihil fœdius, nihil animæ pestilentius esse potest, clementer expurgari, & ea ipsa quæ peccando contraximus, debita relaxari.

Ne uerò frustranea sit precatio, animo in proximum perperam affecto, illud addimus, nos uindictæ cupiditate ac simultate posita, cum proximis in gratiam redijsse, & cuiuis ex animo noxam omnem condonasse. Hoc est enim,

quod CHRISTVS alibi uoluit, cùm diceret: * *Dimittite, & dimittemini.* Et iterum: *Si non dimisé-ritis hominibus, nec Pater ueſter dimittet uobis pecca ta ueſtra.*

* Lucæ 6.f. Mat.6.b.18.d Eccl. 28.a.

XII.

Quid continet ſexta petitio, Nè nos inducas in tentationem?

QVoniam præſens * hæc uita perinde ac militia eſt ſuper terram, dum uariis tentationibus ſemper impugnamur, grauiterq; cum mundo, carne & Satana conflictari debemus, id circo piè ſolliciti diuinam opem imploramus, nè huiuſmodi aduerſariorum impugnationibus ſuccumbamus, atq;

* Iob 7. a. Iudith 8. c. Tobiæ 3. d. Matt.4.a.b. Hebr. 2. d. 2.Theſ.3.a. 1.Ioan.2.c. Matt.16.d. 1. Cor.9.d. Iacobi 4.b. 1. Petri 5. c.

ſuccumbēdo dānemur, ſed ut in hac perpetua pugna durantes, Deiq́; dexterā nitentes, poteſtati Satanæ reſiſtamus fortiter, contemnamus mundum, caſtigemus carnem, atque ita demum uelut inuicti milites Chriſti, poſt uictoriam coronemur. *Neque enim coronabitur*, Apoſtolo teſte, *niſi qui legitimè certauerit*.

2. Ti. 2. a.

XIII.

Quid eſt in ſeptima & poſtrema petitione, Libera nos à malo?

3.Reg.8.d. Pro. 10.d. Eccl. 23. a. Hier. 2. c. Tob. 2. c. Eccl. 27. a.

PRecamur ad extremum, ut huius ſeculi calamitatibus, quibus exercentur etiā pij, non ſinat nos Deus perdi & euerti cum impiis,

ſed ut benignitate ſua nos liberet, quatenus ſaluti noſtræ congruit, atque ab omni malo cùm corporis, tum animæ ſiue in hac uita, ſiue in futura propitius tueatur. Nam ipſe ita promiſit, *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* Pſa.49. c.

Demum totam precationem hac una uoce Amen claudimus, út noſtram in orando ſimul & impetrãdo fiduciam cõprobemus, tum propter Chriſti, qui non fallit, promisſionem, *Petite* inquit, *& dabitur uobis*, tum propter Patris erga nos immenſam clementiam & propenſam in omnes miſericordiã, ut hinc Ioannes dixerit, 2. Cor. 1. d. Ambr. in Pſal. 40. Matth. 7. b. Luc. 11. b. 1. Io. 5. e.

Quodcunque petierimus ſecundum uoluntatem eius, audit nos.

XIIII.

Quæ eſt ſumma orationis Dominicæ?

FOrmulam abſolutam continet non ſolùm orandi ac poſtulandi bona, uerùm etiã deprecandi ac fugiendi mala quælibet.

Inter bona uerò primum eſt illud expetendum, ut Pater cœleſtis ab omnibus ſemper & ubiq; glorificetur: deinde uerò ut illius regni participes efficiamur: tũ ut ea nobis adminicula ſuppetant, quibus ad regnum Dei cõmodè peruenitur. Quale eſt ex parte quidẽ ani[illegible] noſtræ,

ſtræ, uoluntati diuinæ conformari: ex parte uerò corporis uictum habere neceſſarium.

Quæ autem ſecundo loco ad finem uſque totius precationis addun tur, affectum exprimũt mala, deprecantis, ut Dei gratia & uirtute aut penitus illa remoueantur, peccata nimirũ bonorum omnium corruptelæ, & reliquorum lernæ malorum, aut eadem ſic temperentur, nè ſua ui ſaluti conſequendæ officere poſſint. Eiuſmodi ſunt uariæ in hoc mũdo tentationes, & quælibet tum præſentis, tum futuræ uitæ calamitates. Reliqua de Oratione tractanda, in eum reſeruabuntur lo-

cum, qui bonorum operum genera triplicia declarabit.

DE SALVtatione Angelica.

XV.

Quæ salutatio dici Angelica solet?



A, quæ sanctisſimæ Virgini Deiq; matri his uerbis defertur: * *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui* IESVS, *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis pec-*

Lucæ 1. c. e. Chryſ. & Iacob. Liturgijs. Aug. ſer. 2. de Annun. Ambr. in cap. 1. Lu. Chryſolo. ſer. 143.

catoribus. Amen.

XVI.

Vnde nobis hic modus Dei param Virginem salutandi profluxit?

Atha. in euãg. de sanctiss. Deipara. Bern. Hom. 3. sup Missus est. Fulgẽt. in ser. de laud. B. uir.

PRimùm ex Euangelicis uerbis & exemplis nata est hæc salutatio, quando nos ita docent afflati diuino spiritu, magnus Gabriel Archangelus, & præcursoris Domini mater sancta Elizabetha.

Lucæ 1. c. e.

Deinde confirmat nobis hanc salutandi formulam usus & consensus Ecclesiæ perpetuus, quẽ sancti Patres & maiores in hunc usq; diem religiosissimè obseruarunt, ac obseruari à nobis uoluerunt.

XVII.

Quid prodeſt huiuſmodi Sa lutatione uti?

HIS præclaris uer bis admonemur primũ ſummi beneficij, quod per Mariam Deiparam æternus Pater inchoare uoluit in Chriſto, & humano generi redimẽdo clementer ex hibere.

Tum inſignis hæc eſt commendatio ſacroſanctæ & admirandæ Virginis, quam nobis Deus inuentricem gratiæ ac uitæ genitricem eſſe decreuit.

Quare nihil mirum, ſi poſt pia uota, quæ in precatione Dominica Deo commendauimus, hîc acceptæ per C riſtũ

gratiæ memores, nõ modò Christi Matrem, sed etiam Deum Patrem in eadem Virgine Deipara laudemus, & collætantes angelis, eandem reuerenter, & sæpe quidẽ, salutemus.

XVIII.

Quis est huius salutationis sensus?

PRimis quidem uerbis iure gratulamur, & gratulando prædicamus eam, quæ nobis Euã secũdam, eamq; fœlicem præstitit. Etenim quod illa prior mũdo intulit Væ maledictionis, hæc suo salutifero partu sustulit, ipsamque maledictionẽ filiorum Adæ, benedictione perpetua commutauit.

Andreas Hieroso. episc. in salu. angelicã. Iren. lib. 3. ca. 31. 33. Hiero. ad Eusto. de custodi. uirg.

Digna quidem illa, quæ *gratia plena* prædicetur, ut quæ plena Deo, plena uirtutibus, sola (nam Ambrosij uerbis utemur) gratiam quam nulla alia meruerat, consecuta est. Et quis potuit in eius anima uel corpore locus esse uitiorum, quando sancti sanctorum est templum effecta?

Ambr. in 1. cap. Luc.

Additur porrò, *Dominus tecum*, quia & uirtus Patris illi singulariter obumbrauit, * & Spiritus sanctus cumulatissimè superuenit, & uerbū caro factum ex illa, tanquam sponsus de thalamo suo, admirabiliter processit. Adhæc *benedicta in mulieribus*, quia uirginitate sponsæ simul

Lucæ 1. d. Ioan. 1. b. Psalm. 18. a.

Hiero. ad Eustoch. & cōtra Heluidium.

& fœcũditate mater exi stit, quam proinde sum mo iure beatam dicunt, semperq; dicent omnes generationes. Mulier tota pulchra & immacu lata, Virgo ante partũ, in partu, & post partũ sẽ per incorrupta, *ab om ni peccati labe libera, su per cœlos oẽs exaltata, quæ nec minus uiuificã do profuit, quàm in felix Eua obfuit mortalibus occidendo.

Athã. in euãg. de sãct. Deip.

Aug. de nat. & grat. c. 36.

Et *benedictus fructus uentris tui Iesus*, ut qui ex Maria radice uelut flos ascendens, & ipse quodammodo terræ fru ctum se præstitit, & æter næ salutis fructum ita membris suis, sicut uitis palmitibus succum & uigorem, suppeditat.

Esa. 11. a.

Ioan. 15.

Luc. 11. d.

Verè beatus uenter, qui portauit & edidit mundo Saluatorē, uerè beata ubera, quæ de cœlo plena filium Dei lactauerunt.

Et additur demum ab Ecclesia, *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus*. Quippe sanctorum Patrum uestigiis insistentes, non modò laudabilem & admirabilem illam Virginem, quæ sicut lilium * est inter spinas, salutamus, sed & eam uirtute Dei auctam esse tanta credimus atque profitemur, ut possit * prodesse, fauere, annuere miseris mortalibus, dum hi præsertim se suaq; uota illi commendant, ac diuinam gratiā ma-

* Cant. 2. a.

* Effrem de laudib. Mariæ Iren. lib. 5. Nazianz. in Cypr. & in Trage. Christus patiens. Fulgē. in ser.

tris intercesſione ſupplices expetunt.

XIX.

Patrum de Maria Virgine teſtimonia.

IRENAEVS*. Sicut Eua ſeducta eſt, ut effugeret Deum, ſic MARIA ſuaſa eſt obedire Deo, uti uirginis Euæ uirgo Maria fieret aduocata: & quemadmodum adſtrictũ eſt morti genus humanum per uirginem, ſoluatur per Virginem, æqua lance diſpoſita uirginalis inobedientiæ per Virginalem obedientiam.

de laud. B. uir. Anſelmus de excellentia B. uirg. cap. 12. Bern. ſerm. 2. dom. 1. poſt oct. Epiph. & ſerm. 1. de Aſſumpt.

* Lib. 5. cõtra hæreſ.

CHRYSOSTOMVS. Vt uerè dignum & iuſtum eſt glorificare te Deiparam & ſemper beatisſimam [illegible] penitus inconta

In Liturgia.

minatam Matrem Dei nostri, honoratiorē Cherubin, & gloriosiorem incomparabiliter Seraphin, quæ citra corruptionem Deum peperisti: uerè Deiparam te magnificamus. Aue gratia plena Maria, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui, quoniam Saluatorem animarum nostrarum peperisti.

Li.2. de uirg. AMBROSIVS. Sit nobis tanquam in imagine descripta Virginitas uitaq; beatæ Mariæ, de qua uelut speculo refulget species castitatis & forma uirtutis. Quid nobilius Dei matre? quid splendidius ea, quā splēdor elegit? quid castius

ea, quæ corpus ſine corporis contagione generauit? Talis fuit Maria, ut eius unius uita omnium diſciplina ſit.

ATHANASIVS. Quandoquidem ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex uirgine, idemque Dominus & Deus, ea propter & mater quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè & uerè cenſetur. Iſta noua Eua mater uitæ appellatur, uariegataq; permanet ad primitias uitæ immortalis omnium uiuentium. Dicimus eam igitur iterum atque iterum & ſemper & undequaq; beatiſſimam. Ad te clamamus, recordare noſtri ſanctiſſima Virgo, quæ etiam à partu

In Euang. de ſan. noſtra Deipara.

Virgo permansisti. Aue gratia plena Dominus tecum: beatam te prædicant omnium Angelorum & terrestrium hierarchiæ. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui, intercede hera, & domina, & regina, & mater Dei pro nobis.

In Trag. Christus patiens.

GREGORIVS NAZIAN.

O' ter beata mater, ô lux uirginum,
Quæ templa cœli lucidißima incolis,
Mortalitatis liberata sordibus,
Ornata iam immortalitatis es stola:
Meis benignam ab alto aurem exhibe uerbis,
Measq; Virgo suscipe, obsecro, preces.

Serm. 2. de annun. Domini.

AVGVSTINVS. Sancta

Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemorationem,

FVLGENTIVS. Facta eſt Maria feneſtra cœli, quia per ipſam Dñs uerum fudit ſeculis lumẽ. Facta eſt Maria ſcala cœleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, ut per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos. Facta eſt Maria reſtauratio fœminarum, quæ per ipſam à ruina primæ maledictionis probãtur eſſe ſubtractæ. Serm. de laudib. Mariæ.

Serm.2. de aduentu. Vide & super Missus est. & in illud, Signum magnum apparuit. Item in serm. de natiuitate Virg.

BERNARDVS. Virgo regia ipsa est uia, per quam Saluator aduenit, procedens de ipsius utero, tanquam sponsus de thalamo suo. Per te accessum habeamus ad filium ô benedicta inuentrix gratiæ, genetrix uitæ, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis.

CAPVT III.

DE CHARITATE & Decalogo.

I.

Est'ne satis Christiano in fidei ac spei doctrina institui?



EFERT summoperè illum, qui Fidē ac spē est consecutus, Charitate quoque præditum esse. Nam de his tribus coniunctim docet Paulus, *Nunc manent*, inquit, *Fides, Spes, Charitas, tria hæc: maior autem horum est Charitas*. Magna certè Fides, quæ satis esse 1.Cor.13.d. 1.Cor.13.a.

queat ad montes transferendos & patranda miracula: magna etiã Spes, salutis quædam galea & anchora, quæ proposita Dei bonitate & præmij magnitudine tum efficacem consolationem laborantibus, tum fiduciam singularem precantibus suggerit. Maxima uerò Charitas, * uirtutum omniũ princeps, quæ modum finemq; nescit, nec morientes deserit, morte ipsa fortior, qua sine fides & spes Christiano quidem inesse, sed ad benè beateq; uiuendum sufficere minimè possunt. Vnde à Ioanne dictum est: *Qui non diligit, manet in morte*, quamuis interim credat ac speret ille, ut fa-

Mat. lxxi. 7. d. 1. Thess. 5. b. Hebr. 6. d.

* Prosper lib. 3. de uita contempl. c. 18. Aug. in Ps 47. Idem tra. 5. in epist. 10. Item in ench. c. 117. ser. 53. de tempore.

1. Io. 3. c.

tuæ uirgines in Euangelio nobis exemplo esse possunt. Mat. 25. a.

II.

Quid uerò est Charitas?

Virtus infusa diuinitùs, qua sincerè diligitur propter se Deus, & propter Deum proximus. Matt. 22. d. Luc. 10. e.

Diligendus enim præcipuè est Deus in omnibus, & super omnia, & propter se solum, ut qui unus summũ æternumq́; bonum existit, quod solùm nostros explet animos: cuius amor & honor nostræ tum uoluntatis, tum actionis omnis initium & scopus esse debet.

Deinde propter Deũ * amandus proximus, * Aug. homil. 37. & libr. 50. homi.

hoc eſt, citra diſcrimen
*Aug. in Pſal. 118. 8. homo * quilibet, quando inter nos omnes pro
ximi maximaq; propin
quitate cõiuncti ſumus,
ſecundum eandem ſcili
cet naturam humanam
filiis Adæ communem,
& ob diuinam gratiam
æternamq; gloriam cun
ctis, qui uelint, commu
nicabilem.

III.

Quot ſunt Charitatis præcepta?

DVo quidem ſum
maria, quorum
primũ de diligẽdo Deo,
ſic in ueteri nouaq; lege
Deut. 6. a. Matt. 22. d. Marci 22. c. Lucæ 10. e. proponitur, * *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus uiri-*

bus tuis. Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus præceptis uniuerſa Lex pendet & Prophetæ.

Hæc charitas eſt plenitudo legis & ſumma iuſtitiæ, hoc uinculum perfectionis: charitas, inquam,* de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Rom. 13. c. Col. 3. c. * 1. Tim. 1. a.

IIII.

Quo indicio ſe prodit ſincera Charitas?

Probatio dilectionis ſeu charitatis, exhibitio eſt operis, & diuinorũ obſeruatio mãdatorum. Vnde & Ioannes CHRISTO dilectus Greg. Hom. 30. in Euang.

V.

Quæ sunt mandata Dei ad Charitatem præcipuè spectantia?

DEcem Dei uerba, primùm per Moysen Iudæis tradita, & deinde per Christum & Apostolos Christianis omnibus commendata, quæ & Decalogi nomen obtinuerunt, atque ita recensentur:

Exo. 20. a. b. 34. d. Leuit. 19. a. b. Deu. 4. a. b. 5. a. b. 10. a. Matth. 19. c. 22. b. Marci 10. c. Lucæ 18. d. Rom. 2. b. Gal. 3. b. 5. c. Iac. 2. b. 1. Tim. 1. b. Origenes in Exod. hom. 8. Aug. quæst. 71 in Exo. & ser. 95. de tempore, & de decem chordis.

Ego sum Dominus Deus tuus.

I. *Non habebis Deos alienos coram me.*

Non facies tibi sculptile, ut adores illud.

II. *Non assumes nomen Domini Dei tui in uanum.*

III. *Memẽto ut diem sabbati sanctifices.*

IIII. Honora patrem tuum & matrẽ tuam, ut ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

V. Non occides.

VI. Non mœchaberis.

VII. Non furtum facies.

VIII. Non loqueris contra proximum tuũ falſum teſtimonium.

IX. Non concupiſces uxorem proximi tui.

X. *Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, nõ bouem, non aſinum, & uniuerſa quæ illius ſunt.*

VI.

Quid ſibi uult hoc exordiũ, Ego ſum Dominus Deus tuus?

DEcalogum exorditur Deus à notitia sui, & ab insinuatione Maiestatis suæ, ut cognitũ Legislatorẽ magis revereamur, eiusq; propositis mandatis maior apud omnes authoritas constet. Nempe tam seriò nobiscum agitur, ut si unquam salui esse uelimus, hic uelut in clarissimo speculo, diuinæ maiestatis uolũtatem, omnemq; rectè uiuendi rationem certò contẽplemur, agnitamq; legem illam sanctissimã, adiuuante Christi spiritu, accuratè seruemus.

Deut.6.a.4.d. 10.d. Mal.1.b.d. Hier.32.c. Psal.46.a. Matth.5.c. Matt.19.c. Hebr.5.c. Rom.8.e. Ioan.1.c.

Nec enim præcipit solùm, sed benedictionem quoq; promittit & opem tribuit noster Legislator. * *Spiritum meum,* *Psal.83.b.

inquit, *ponam in medio ueſtri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini.

* Ezech. 36. f.

Quare *cùm Chriſtus etiam præcepiſſet, *Tolli te iugum meum ſuper uos*, ne quis cauſaretur diffi cultatem, adiecit, *Iugũ enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, ijs uidelicet, qui gratiæ ſpiritu imbuti, in charitate nõ ficta ambulant.

Matth. 11. d.

*Chryſ. hom. 65. ad pop. & lib. 4. de compunt. cordis. Hiero. in explanat. ſymb. Baſil. quæſt. 176. cõp. expl. Aug. de nat. & grat. c. 43. & 69. Item ſer. 61. de temp.

VIII.

Quid complectitur in ſe primum præceptum?

PRohibet ac damnat idolatriam, obſeruationes ſuperſtitioſas, uſum etiam artis magicæ uel diuinatoriæ.

Deut. 12. a. 4. b. c. 18. 1. Reg. 28. a. Pſal. 113. b. c. Leuitici 19. f.

et

Docet etiam atq; exigit, ut nullam prorsus creaturam quantumuis excellentẽ pro Deo habeamus, sed solum unũ uerum, æternum, immensumq; Deum credamus & confiteamur, eique uni sacrificium & singularem summumq; cultum, quem Græci λατρείαν appellant, exhibeamus.

Aug.li.10. de ciui.Dei cá.1.

Hoc fit, ut super omnia colamus, inuocemus, adoremus summũ illud æternumq; bonũ, Optimũ Maximũ Creatorem, Redemptorem, Saluatorem, unũ & immortalem Deum, qui est super omnia benedictus, omnis gratiæ & gloriæ largitorem.

Ioan.4.c.
Ro.10.c.
1.Io.4.b.c.
Matt 4.b.
Luc. 4. b.

VIII.

Quomodo præter Deum Sā ctos colimus & inuocamus.

Rom. 1. a. 2. Cor. 1. a. Philip. 4. d. Colos. 1. a. Phile. b.

DE sanctis, hoc est, sanctificatis & in Christo renatis omnibus hoc loco non agimus, sicut Paulus hoc nomen ad Christianos omnes crebrò refert: sed eos intelligimus, qui uera suæ sanctitatis in cœlo præmia sunt consecuti. De quibus idē Paulus testatur, quod *per Fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, & adepti repromissiones.*

Apoc. 5. b.

Heb. 11. f.

Apo. 5. b. & 7. c. d.

Ac hi uerè quidem sancti & immaculati sine macula & ruga; hæc præstâtiora Ecclesiæ mē bra & electa prorsus or-

gana diuini Spiritus, in quæ peccatum ac malũ iam nullum cadere potest. Qui Sancti partim ex Angelica, partim ex humana natura cõstant, creaturæ quidẽ illæ omniũ nobilissimæ ac beatissimæ, quibus datum est, ut summis & æternis in cœlo bonis affluant, & cum CHRISTO Domino semper cõiunctissimè uiuant.

Igitur & illius gratia, quæ apud nos in terris geruntur, possunt* intelligere: & quoniam eximia in fratres etiam absentes charitate flagrãt, salutis nostræ cura tanguntur, nobis perpetuò fauent & optant quæq; salutaria, tantoque studiosius causam nostrã

* Diony. ca. 1. cœlest. hierar. Grego. li. 12. Mor. ca. 13. & lib. 4. dial. capite 33. Augu. de cura pro mortuis ca. 16. Naziã. in Ath. Orig. cõt. Celsum libro 8.

agunt, quò sunt minus de se ipsis soliciti, * quoque maiorem since ræ charitatis ac uirtutis omnis, quæ beatis congruit, perfectionem continenter exercent.

* Hier. in Vigilan. Berna. in uig. Pe. & Pauli & serm. 2. de S. Victore.

Est igitur, cur hæc cœli lumina & Ecclesiæ firmamenta, simul & ornamenta post Deũ maxima ueneremur: est cur sanctos hos præ cæteris mortalibus quantumlibet excellentibus magni faciamus, prædicemus, imitemur, & amemus plurimùm: est cur eosdem tanta taliq; dignitate iam auctos, magnis afficiamus honoribus, pro nostra quidem exiguitate: est denique cur eos ipsos pro Christiana pietate compel-

lemus* siue inuocemus, non sanè ut per se largiantur, sed ut apud Deum omnis boni largitorem nobiscum precentur, sintq; uel immerentibus fauentes & efficaces intercessores.

Cuiusmodi cultus & innocatio, si rectè fiat, nimirum ut summus ille * cultus & honos summo Deo debitus, quem λατρεῖαν diximus, integrè constet, nihil sanè habet incommodi, neque cum scriptura pugnat, sed firmis Ecclesiæ testimoniis comprobatur, multumque affert utilitatis.

Quòd autem hunc in modum sanctos colimus, & cum Ecclesia inuocamus, adeò Christi

* Basil. in 40. martyr. & in Mamantem. Naz. in Cyp. Athan. Basil. Ambr. de uiduis, & de fide resur. Chry. Hom. 66. ad populũ. Effrẽ de laud. mar. Hier. con. Vigil. & in epitaph. Paulæ. Aug. de cura pro mort. c. 4. Ber. ser. 66. in cant. Theod. lib. 8. græc. affect. & in Philoth. Prudentius in Lau. 7. synodus act. 6.

* Aug. lib. 10. de ciuit. Dei cap. 1. Aug. li. 20. cõ. Faustũ ca. 21. & li. 8. de ciu. Dei cap. 27.

saluatoris & Domini nostri gloriam non obscurat, ut etiam magis illustret, amplificet augeatq;. Hîc enim Christi redemptoris uirtus eximia splēdescit, ac gloria, quòd is nō quidem in se tantùm, sed in sanctis etiam suis est, * appareté; potens, gloriosus, mirabilis: ꝙ eosdem honorat ipse, * nimisq; honorari uult in cœlo & in terra: quòd per eos itidem, & propter * eos multa largitur, & parcit sæpe immerentibus. Nec enim obscurum est, quòd † Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, Hieremias, quanquam defuncti, uiuis tamen profuisse legantur.

* Psal. 67.

* Ioan. 12. d. Psal. 138. d.

* Chry. hom. 42. in Gen. & ser. de uirtutibus & uitiis.

† Gen. 26. a. e. Exodi 32. c. 3. Regū 15. a. 4. Regū 19. g. 2. Mach. 15. b.

Vnde Patres cùm de

Sanctis loquuntur,*suffragatores eos & intercessores patronosq; nostros frequenter appellant. Nec immeritò sanè, quòd Sanctorum fida suffragia, cùm humiliter & piè in Christi nomine implorantur, experientia teste, multis opitulentur.

Quare iam pridem damnati sunt Vigilantiani,* qui Sanctos & horum Reliquias * sacras suis fraudant honoribus, quos illis Ecclesia tribuit orthodoxa.

Nec audiendi etiam calumniatores, qui fingunt diuinum honorẽ in homines hac ratione transferri, Sanctos pro Dijs adorari, creaturas

* Ambr. de uiduis. & in Lucam li. 10. ca. 21. Leo ser. 1. & 2. de Petro & Paulo, Et in serm. de anniuer. Pôti. Paulinus ad Cytherium. Maximus de Octauio, Aduentitio & Solutore. Basil. in 40. Mart. Cyrill. li. 10. Theza. ca. 10. Aug. qu. 108. in Exod.

* Hier. cont. Vigil. & in epi. ad Ripa. 2. Syno. Nice.

* Aug. 22. lib. de ciu. Dei c. 8 Damas. lib. 4. cap. 16. Bas. in Ps. 115 Chrys. in Iuuẽt. & Max. & in Babylam.

creatori à Catholicis exæquari. Nam longè secùs rem habere, cùm alia multa conuincunt, tum uetus & solennis illa testatur supplicatio, quam Litaniam uocant. Vbi DEVS diuinæq; personæ primùm, ac multò quidē sublimius quàm Sancti & Sanctorum ordines omnes coluntur & inuocantur. Hinc & illæ de Sanctis institutæ feriæ, quas Augustinus *aduersus Faustum Manichæum scribēs ita defendit: Populus Christianus, inquit, memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur, atq; orationibus adiuuetur.

Bern ser de 4. modis orādi. Victor lib. 3. de persecut. Vuandal.

* Li. 20. cōtra Faustū ca. 21.

IX.

Pugnat'ne cum hoc primo præcepto usus receptus imaginum Christi atque Sanctorum?

HAud quaquam, quia nō ſicut Ethnici ſolent, adoramus ſculptilia, ligna, lapides, perinde ac Deos quoſdam (id enim hoc præcepto cauetur maximè) ſed more Chriſtiano & mente pia Chriſtū ipſum & Sanctos illic ueneramur, ubi per imagines propoſitas nobis *repræſentantur.

Baru.6.d.
Deu.4.5.6.10
1.Reg.2.3.
Iudicum 6.e.
Sap.14.b.c.
1. Co.10.b.
8.b.

Ita tum præſens, tum uetus * Eccleſia ſummo conſenſu docet, commendans nobis pias & uenerandas Imagines: ut quarum uſum Apo-

* Baſil. de ſpi. ſan. capite 18.
Athan. ſer. 4. contra Arria.
* 7. ſynod.
Item 8. ſyno. can. 3. & 7.
Aug. lib. 1. de

stolica etiam traditione commendatum accepimus, & sacrosancta Patrum Synodo approbatum retineamus. Imò & ueteri* Synagogæ suas Deus imagines dedit.

Quapropter damnatus* est error Iconoclastarum, ut qui inter simulachra Deorũ & imagines Christi atque Sanctorum discrimen nullum constituerent: neque rationem temporis gratiæ seu nouæ Legis haberent, quo Deus homo factus imaginem similitudinemq; suam initiò à se creatam ipse induit, atque in ea se nobis repræsentauit. Neque solùm imperitus error, sed etiam nefandus istorum furor est; qui sa

cõsens. euang. cap. 10. Damasus in uita Siluestri. Atha. de pas. imaginis. Grego. l. 9. ep. 9. & li. 7. indict. 2. ep. 53. & 109. Damas. li. 4. c. 17. Euse. li. 7. eccl. hist. c. 14. Sozom. l. 5. c. 21. Niceph. l. 2. c. 7. & 43. Nicetas de imperio Manuelis Cõneni li. 5. & Ioan. Cõ. Nilus de imaginib. & de iisdem Damascenus.

* Exo. 25. b. 37. a. Nu 7. g. 3. Re. 6. c. d.

* 2. Syn. Nic. act. 7. Niceph. lib. 16. c. 27. Gre. li. 9. ep. 9

cris è locis imagines ipſas, & in his Dominicā quoq; crucem eijciunt, ac ſacrilegis manibus ſacra ferè omnia, ubi poſſunt, demoliuntur.

X.

Quid nobis præſcribit ſecundum præceptum?

PRohibet abuſum diuini nominis & irreuerentiam, quæ cōmittitur à periuris, blaſphemis, & per Deum, Sanctos, uel ſacra temerè iurantibus, contra illud, * *Nolite iurare: ſit ſermo ueſter, eſt eſt, non non.*

Leu. 19. c. Eccl. 23. b. 8. Tolet. can. 2 * Mat. 5. f. Iaco. 5. c.

Deinde requirit, ut iuxta rectū linguæ uſum ingentem reuerentiam Diuino nomini exhibeamus, * iuramenta ſerue

* Zach. 8. c. Pſal. 14. b.

mus, uota Deo & Eccle
* Pſal. 75. b. Eccl. 5. a. ſiæ facta * nō uiolemus,
deniq; ut Verbum Dei
tractemus reuerenter.

XI.

Quid imperat tertium præceptum?

Poſtulat Sabbatum
ſeu diem feſtum in
Eccleſia, piis operibus
Ex. 20. b. 31. c. Deüt. 5. b. Leu. 23. a. Hier. 17. d. Eſa. 56. b. Apoc. 1. c. tranſigi. Vult igitur ut
animus tunc adſit curis
uacuus; qui ſe liberè
transferat ad cultum in
teriorem & exteriorem
Deo in fide, ſpe & cha-
ritate præſtandū. Vult,
ut expediti Diuina me
ditemur beneficia, tra-
ctemus ſacra, oremus &
adoremus Deum cùm
priuatim, tum publicè
Ioan. 4. c. cum aliis in Spiritu &
ueritate.

Prohibet autem diebus feſtis laborare, operibus uacare mechanicis, & occupationibus deditũ eſſe prophanis, nimirum ut ocio ſancto uacemus*adeundo templum, & audiendo publicum Eccleſiæ ſacrum ſeu Miſſam, & ſtatam concionem, quemadmodum hoc præceptũ obſeruare pij conſueuerunt.

* Aug. contra Adimant. capite 16. & ſer. 251. de tem.

XII.

Quæ ſumma eſt horũ trium præceptorum?

HAEC tria priora quidem præcepta, quæ ſunt primæ tabulæ, nos eò inſtituunt, ut uerum DEO cultum præſtemus, interiorem ſcilicet & exteriorẽ cor-

Orig. hom 8. in Exod.
Aug. queſt. 71 in Exod.
Ioſephus li. 3. antiq. cap. 6.

de, ore & opere, priuatim & publicè.

Reliqua septem, quæ porrò sequuntur, præcepta secũdæ tabulæ dicuntur, in hoc addita, ut nostrum erga proximum officium explicent.

XIII.

Quid proponit & iniungit quartum præceptum?

Eph. 6.a. Ro. 13. a. Heb. 13. c. 1. Ti. 2. a. 6. a. 1. Pet. 5. b.

DOcentur hîc filij, quid suis debeant parentibus, quorum & ope in hanc lucem editi, & labore liberaliter sunt educati.. Docentur & subditi, suum deferre officium maioribus, id est, omnibus, qui dignitate & potestate quadam siue in politicis, siue in Ecclesiasti-

cis magiſtratibus geren dis præcellunt.

Debent autem & illi parentibus, & hi maioribus ſuis tum interiorem, tum exteriorem quandam reuerentiam & obſeruantiam, * opē itidem & obedientiam ex animo reddendam.

1. Pet. 2. c.
* 1. Tim 5. c.
1. Cor. 9. b.
Mat. 10. b.
Luc. 10. b.

Vetatur prætereà, ne quacunque ratione uel offendamus, uel contriſtemus perſonas eiuſmodi ſublimiores, ſiue uerbis aut ſignis, ſiue factis id committatur.

Heb. 13. c.

XIIII.

Quid incl.dit quintum præceptum?

NOn ſolùm externam prohibet cædem & uim omnem, quæ corpus & uitam pro

Exo. 20. e.
Mat. 5. c.
Deut. 5. b.

Eph.4 g. ximi lædit, ſed etiam
Pſal. 4. d. iram, odium, rancorem,
Ro. 12. a. d. indignationem, uindi-
Deu. 32. e. ctæ cupiditatem, & quoſ
Eccl. 28. a. uis internos affectus ad
Heb. 10. f. proximi læſionem propenſos amputat.

Requirit uerò animi manſuetudinem, humanitatem, clementiam,
Col. 3. b. comitàtem, beneficen-
Eph. 6. b. tiam: nimirum ut iniuriarum facilè obliuiſcamur, nec uindictam expetamus, ſed ita condonemus inuicē offenſas,
Eph. 4. g. ſicut in Chriſto Deus nobis donauit.

XV.

Quid habet ſextum præceptum?

Mat. 5. e. PRohibet fornicatio
Eccl. 41. a. nem, adulterium &
1. Co. 6. b. d. omnem concubitum il-
Eph. 4. g. & 5. a

legitimum, ac impuram qualemcunq; libidinē.

Caueri prætereà & præscindi uult occasiones, quæ carnis libidinem irritant ac fouent, ut sunt obscœna uerba, cantilenæ inhonestæ, gestus impudici.

1. Pet. 3. a. 1. Thes. 4. a. Heb. 13. a. Col. 3. b. Eph. 5. a. Tob. 4. b. Esa. 3. c. Eccl. 19. a. b. 1. Ti. 2. c.

Requirit ex aduerso fidem in coniugio, tum pudicitiam omnem siue cordis in cogitationibus & desideriis, siue corporis in lingua, facie, oculis, auribus, tactu atque in omni demū habitu cultuq́; exteriore, ut siue soli, siue cū aliis uiuamus, nō modò luxus & intemperātiæ notam effugiamus, uerumetiā modestiam, frugalitatem continentiamq́; sedulò exerceamus.

1. Pet. 3. a. Esa. 3. c d. Amo. 6. b. Iaco. 5. a. Eccl. 3. c. 1. Ti. 5. d.

XVI.

Quid docetur in septimo præcepto?

Eph.4.f. 1.Co.6.b. Lucæ 6.e. Act 8.c. 4.Reg.5.f. PRohibetur omnis rei alienæ illicita contrectatio & usurpatio per furtum, rapinā simoniam, usuras, lucra iniusta, dolum malū, & quosuis cōtractus alios, quibus fraterna læditur 1.Thes.4.b. charitas, ac proximus fraude circumuenitur.

Exigit è regione hoc præceptum, ut in omni negocio seu commercio Luce 6.e. inuiolata seruetur æqui Ezech.17.b. tas, & proximi utilitas, sicubi sese offerat occasio, quacunque ratione ac ope nostra promoueatur.

XVII.

Quid in octauo præcepto comprehensum est?

PRohibemur eo falsum dolosum'ue testimonium in quenquã proferre, & quoquo modo proximi causam in iudicio subuertere, uel etiã extra iudicium famã illius lædere: quod sanè fit à susurronibus, detractoribus, maledicis, criminatoribus & adulatoribus. Breuiter omne mendacium, & omnis linguæ cõtra proximum abusus hîc interdicitur.

Leuit. 19. b. c. Exodi 23. a. Deut. 5. c. 16. d. 19. c 27. c. Pro. 12. c. 4. d. 24. c. Iacob. 4. c. 3. a 1. Petri 2. a. Ephe. 4. g. Prou. 17. b. c. 18. b.

Docemur interim de proximo benè & cõmodè loqui, nempe ad illius defensionem & utilitatem sine fuco, simu-

Mat. 12. c. Col. 3. b. Eph. 4. g.

XVI.

Quid docetur in septimo praecepto?

Eph.4.f. 1.Co.6.b. Lucæ 6.e. Act 8.c. 4.Reg.5.f.

PRohibetur omnis rei alienæ illicita contrectatio & usurpatio per furtum, rapinã simoniam, usuras, lucra iniusta, dolum malũ, & quosuis cõtractus alios, quibus fraterna læditur charitas, ac proximus fraude circumuenitur.

1.Thes.4.b.

Exigit è regione hoc præceptum, ut in omni negocio seu commercio inuiolata seruetur æquitas, & proximi utilitas, sicubi sese offerat occasio, quacunque ratione ac ope nostra promoueatur.

Luce 6.e. Ezech.17.b.

XVII.

Quid in octauo præcepto comprehensum est?

PRohibemur eo falsum dolosum'ue testimonium in quenquã proferre, & quoquo modo proximi causam in iudicio subuertere, uel etiã extra iudicium famã illius lædere: quod sanè fit à susurronibus, detractoribus, maledicis, criminatoribus & adulatoribus. Breuiter omne mendacium, & omnis linguæ cõtra proximum abusus hîc interdicitur.

Leuit. 19. b. c. Exodi 23. a. Deut. 5. c. 16. d. 19. c. 27. c. Pro. 12. c. 4. d. 24. c. Iacob. 4. c. 3. a. 1. Petri 2. a. Ephe. 4. g. Prou. 17. b. c. 18. b.

Docemur interim de proximo benè & cõmodè loqui, nempe ad illius defensionem & utilitatem sine fuco, simu-

Mat. 12. c. Col. 3. b. Eph. 4. g.

latione, insidijs'ue.

XVIII.

Duo postrema præcepta quid continent?

Deut. 5. c.
Eccl, 5. a.
Matth. 5. d.
1. Th. 4. a.
Iacob. 1. a.
Esa. 1. c.
Eph. 4. f.
Col. 3. c.
Eccl. 18. b. c.

VEtant concupiscẽtiã uxoris ac rei alienæ: ut nõ solùm ab uxore aliena, illicitis cõmerciis, & extrema apertaq; iniustitia nos abstineamus, sed etiam nè uoluntate quidem noceamus cuiquã aut nocere deliberemus.

Igitur hoc utrunque præceptum cordis sinceritatem & beneuolentiã erga omnes integrã esse uult, ut quæ in rem & salutẽ proximi cedunt, optemus ex animo, neque cupiditati unquam cum leui alterius iniuria consentiamus.

XIX.

Quò demum referenda sunt mandata Decalogi omnia?

AD Charitatem, quam nobis geminam duæ illæ Tabulæ, quibus Dei digito mandata hæc inſcripta fuere, cōmendant. Docent enim primæ mandata, quæ ad Charitatem Dei: mandata uerò ſecundæ Tabulæ, quæ ad charitatē proximi ſpectant. Exo. 32. b. & 34. a.

Igitur ex his decem duo quidem priora id faciunt, ut quæ uitia cultui honoriq́ue Dei maximè aduerſantur, Idolatria ſcilicet ac periurium, in primis caueamus. Tertium porrò

mandatum admonet, uerum purumq; cultũ corde, ore, ac opere fideliter exhibendum esse. Quod sanè ubi rectè obseruatur, solus utique Deus in omnibus & super omnia diligitur ac honorificatur.

Iam summa Præceptorum, quæ ad proximum diligendum pertinent, uel hoc uno constat, *Quod tibi non uis fieri, alteri nè feceris*. Cui respondet illa Christi sententia, *Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis: Hæc est enim Lex & Prophetæ.*

Tob. 40.

Matth. 7. b.

XX.

Quæ sunt fraternæ charitatis officia & argumenta?

perarn, non inflatur, nõ est ambitiosa: Non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: Non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Christus uerò, ut sesum nobis ueræ perfectæque charitatis exemplum præbeat, in postrema illa cœna, quam præ(ter)tis suæ charitatis in(dic)iis mirè condiuit, (ta)m seriò dixit: *Mandatum nouum do uobis, ut (dilig)atis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem.* Ac iterum, Luc. 22. c. Io. 13. d.

Io.15.b. *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos.* Quod tanti eſt ſanè momenti, ut

Rom.13.c. Paulus affirmet, *Qui diligit proximum, legem impleuit.*

Igitur ut hunc de Charitate locũ oraculo Di-

Deu.30.d. uino abſoluamus, *Elige uitam, ut & tu uiuas, & ſemen tuum: & diligas Dominum* DEUM *tuum, atque obedias uoci eius, & illi adhæreas. Ipſe enim eſt uita tua, & longitudo dierum tuorum.*

Tum ne quiſquam dubitet, Euangelicã Chriſti doctrinam hac in parte cum Lege quadrare, dictũ illud à Chriſto meminerimus: SI VIS *ad uitam ingredi, ſerua mandata.* Et alibi poſt commenda

mēdata Charitatis præcepta & opera, idem hæc uerba subiunxit, Hoc FAC, *& uiues. Non enim auditores legis iusti sunt Apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Lucæ 10. c. Rom. 2. b.

Ex hisce factoribus erant Abel, Noê, Abraam, Zacharias, & cæteri, quos scriptura iustos apud Deum fuisse testatur, ut qui opere & ueritate Deum proximumque diligerent. Gene.6.b.7.a In oratione Manassis. Sapien.10. b. Mat.23. d. Iob 13.c. Lucæ 1. a. Iacobi 2. d.

Quare Dauid inter eos haud postremus & sanctè gloriabundus canit, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum,* † *Dilexi, seruaui, custodiui mandata tua & testimonia tua: In* * *custodiendis illis retri* Psa.118. d. † Psal.118.e. * Psal.18.c. Psal.118.c.

butio multa. Maledicti, qui declinant à mandatis tuis.

DE PRAEceptis Ecclesiæ.

I.

Sunt'ne præter Decalogum alia præcepta Christianis obseruanda?

Iaco. 4. c.
Mat. 23. b.
Matt. 19. c.



VNT utique, quando Legislator & Magister noster Christus non solùm docuit præcepta Decalogi, sed etiam in uniuersū præcepit, quæ ad obedientiam Apostolicis & Ecclesiasticis mā

datis præstandam spectant.

Hinc extant Euangelicæ illæ sententiæ: *Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Si non audierit eos, dic Ecclesiæ: Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Vbi summũ atq; extremum iudicium Christus defert, deferrique iubet ad Ecclesiam, id est, ad Ecclesiæ Præpositos & Rectores, sicut Chrysostomus interpretatur, & uerba Euangelij mox sequentia declarant atq; conuincunt. Proinde nec frustra scriptum est de Apostolo Paulo: *Perambulabat Syriam &*

Ioan. 20. e.

Luc. 10. c.

Mat. 18. c.

3. Reg. 8. b.

Hom. 61. in Matth.

Act. 15. e.

Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorũ & Seniorum.

II.

Cuiusmodi porrò sunt Apostolorũ Seniorumq; præcepta, quæ Paulus custodire iussit?

De Eccl.Hierar. capite 1. Et Basil. de Spiritu sanct. cap.27.

PAVLI discipulus Dionysius Areopagita testatur, duplicis ea generis, utpote, partim scripta, partim non scripta esse. Ad utrunq; genus pertinet, quod Ioannes affirmat Euangelista: *Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum ueritatis, & spiritum erroris.*

1.Io.4.b.

Ac primum quidem genus, quod literis man

datur, ſcriptisq́; legibus conſtat, ſatis eſt perſpicuum: quia liberis canonicis conſtat.

Poſterius uerò circa præcepta & inſtituta ea uerſatur, quæ uno Traditionum nomine comprehendi, & ſic à * Patribus nuncupari ſolēt. Non enim ſcripto, uti ſuperiora, ſed uiua uoce tradita, & ueluti per manus à Maioribus ad nos trāſmiſſa, Eccleſiæq́; cōmendata retinentur.

*Cypr. de ablut. pedum: Hier. cont. Luciſer. Chryſ. in 2. ad Theſſ. 2.

III.

Eſt'ne utrunq; hoc præceptorum genus obſeruatu neceſſarium?

EST planè, ſi doctorem Paulum ſequimur ita præcipientem: * *State & tenete*

* 2. The. 2. d.

Traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Vnde laudat hoc nomine Corinthios, q̃ Apostolica præcepta, quæ uiua uoce tradita iam acceperant, sedulò custodirent. Tum admonet Thessalonicenses, ut ab omni se fratre subducant, qui inordinatè & non secundum traditionem ab Apostolis acceptam ambularet.

1.Co.11 b.

2.Thess.3.b.

Atque hoc est, quod sacro sancta synodus Nicæna diuinæ scripturæ consonans, uerbis tam luculentis expressit: Oportet nos Ecclesiasticas Traditiones, siue scripto, siue consuetudine in Ecclesia retẽtas, unanimiter & inuiolabi

2.Nic.cõtr.Iconomachos action. 7. Itẽ 8. Syn.can.1.

liter obſeruare. Et apud Cyprianum legimus, nō minus ratum eſſe, quod dictante Spiritu ſancto Apoſtoli tradiderunt, quàm quod Chriſtus ipſe tradidit. Sicut enim par eſt Spiritui ſancto & Chriſto diuinitas; ita utriuſque in ſuis inſtitutis æqua eſt autoritas & poteſtas.

De ablutione pedum.

IIII.

Quomodo cognoſcemus, quæ ſint Apoſtolicæ & probatæ in Eccleſia Traditiones?

DE his nobis Regulam obſeruatu dignā Auguſtinus præſcribit. Illa, inquiens, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum

In Epiſt. 118. ad Ianuarium cap. 1.

orbe ſeruantur, datur intelligi, uel ab ipſis Apoſtolis, uel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima authoritas, commendata atque ſtatuta retineri. Sic idem contra Donatiſtas, imò Hæreticos omnes, diſſerés, hoc grauiter admonet, Quod uniuerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutũ, ſed ſemper retentũ eſt, non niſi authoritate Apoſtolica traditum rectisſimè creditur. Cui Leo ille Magnus, conſonans ait: Dubitandum non eſt, quicquid in Eccleſia in cõſuetudinem eſt deuotionis retentũ, de Traditione Apoſtolica & de ſancti Spiritus prodire doctrina.

Li. 4. c. 24. & ſerm. 14. de uerb. apoſt. & & ad Caſula. epiſt. 86.

Serm. 2. de ieiun. Pente.

V.

Cuiusmodi sunt Traditiones Apostolicæ, quæ Christianis ueniunt obseruandæ?

EXempla satis multa apud Patres extant,& eos quidem,qui uel ante mille annos fidem publicam meruerunt. Nimirùm secundum Traditionem Origenes * & Augustinus † docent, Paruulos esse baptizandos.

Dionysius* & Tertullianus † ostendunt precationes & oblationes pro defunctis ad altare fieri oportere.

Hinc Hieronymus*& Epiphanius † statas Ecclesiæ ieiuniationes,præsertim Quadragesimæ,

* In cap.6.ad Rom.

† Lib. 10. de gen. ad lit. c. 23. & ser. 14. de uerb.apos.

*De Eccl.Hierarch.c.7.

† De exhorta. ad castitatem.

* Ad Marcellam cõtra. er. Mont.

† Contra Aëriũ hæres. 71.

obſeruandas eſſe commonſtrant.

Sic etiam Ambroſius * & Chryſoſtomus† eorũ dignitatẽ adſtruunt, quæ in ſacro Miſſæ officio ſolenniter peraguntur.

* In officio Mediolanen.
† In Liturgia.

Tum præter * Damaſcenum Patres, quos Nicæna† Synodus ſecunda citat, eadem ratione teſtantur, quòd Chriſti & Sanctorum eius Imagines deceat uenerari.

* Lib.4.c. 17.
† Contra Iconomachos.

Demum, ut cæteros omittamus, Magnus ille Baſilius ob Traditionem retineri uult ſacrũ Chriſma, aliasq; ſolennes cæremonias, quæ Sacramentis ſanctiſſimis adhibentur.

De Spiritu ſanct. cap. 27.

Et addit Baſilius: Si inſtituta cõſuetudinesq;

Ibidem.

nō ſcriptas tanquam in eis uis magna non inſit; ſemel repudiare aggrediemur, clàm ac pedetentim ratas ipſas Euangelij ſententias improbabimus, aut potius ad inane nomen eius predicationem contrahemus. Sed Apoſtolicum exiſtimo ait, iis etiā Traditionibus, quæ ſcriptæ non ſunt, inhærere. Cap. 19.

VI.

Quantum hodie circa Traditiones Apoſtolicas & Eccleſiaſticas aberratur?

PLurimùm, dum eas pleriq; contēnunt, alij negligunt, aut certè pluris non faciunt quàm Politicorum magiſtratuam conſtitutio

nes: & hæc instituta esse hominũ fingunt, quæ uel obseruare, uel omittere, liberum sit, exiguæq;, aut nullius omninò frugis: ipsi ἀδιάφορα uocant.

Sunt qui uniuersas ferè Traditiones eiusdem esse ponderis uolunt, atque adeò fœdè commiscent Scripturæ loca, perinde ac idem sit iudicium de Traditionibus Pharisaicis & Apostolicis, de Iudaicis & Ecclesiasticis, de priuatis seu particularibus, & ijs quæ totius Ecclesiæ consensu receptæ, cõmuniq; piorum usu tot seculis comprobatæ, ac ueluti per manus ad nos transmissæ, ubique ferè gentium comperiuntur.

Matt. 15. 2.
Colos. 2. b.
2. Thess. 2. d.

VII.

Quid uerò de ijs iudicandũ, qui Ecclesiæ Traditiones repudiant, ac pro nihilo habent?

HOS uerbum Dei redarguit ac dãnat, cùm Traditiones obſeruandas eſſe decernit, cùm iubet Eccleſiã audire, & Apoſtolorum Seniorumq́ue præcepta cuſtodire. Verbum Dei eſt, quod * ſubiicit nos Magiſtratibus, tum Politicis cùm Eccleſiaſticis, modeſtis iuxtà & diſcolis propter conſciẽtiam: uult illorum legibus & reuerentiam & obediẽtiam deferri maximam. * *Obedite*, inquit, *Præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis*: † *Omnia*

2. Theſ. 2. d. 1. Co. 11. b. Mat. 18. c. Act. 15. c.

* Ro. 13. a. Matt. 22. c. & 23. a. Luc. 10. c.

1. Pet 2. c. Ro. 13. a. Tit. 3. a. * Heb. 13. c.

† Matt. 23 a.

quæcunque dixerint uobis, seruate & facite: secundum opera uerò eorum nolite facere.

1. Theſſ. 4. b. Ioan. 20. e. Quapropter iſti non tam homines ſpernunt, quàm Deũ ipſum Opt. Max. quem in Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus audire ac reuereri ſanè oportebat. Igitur planè uerbo Dei reſiſtunt, dum poteſtati & ordinationi Dei reſiſtunt, & hinc ſibi damnationem acquirunt, ſi Paulo credimus. Rom. 13. a. Nimirum Diuina eſt iſthæc ordinatio, quæ nec aboleri poteſt humana authoritate, ut certis legibus, iiſque partim ſcriptis, partim nõ ſcriptis, quas *Apoſtolica nobis commendat Traditio, Eccle

* Baſil. de ſpi. ſanct. cap. 27.

ſia regatur, dogmata cō ſeruentur, Religio uindicetur, alatur concordia, diſciplina retineatur.

Aug.li.4. cót. Don.c. 24. & l.2.c.7.l. 5. c. 23. & 26. Epiph.hęr 55 Euſ.li 3. eccl. hiſto.c.35.

VIII.

Quid Patres hac de re iudicarunt?

ORigenes, qui celebris & peruetuſtus eſt author, in hæc uerba ſcripſit: Hæreticus nobis habendus eſt omnis ille, qui Chriſto ſe credere profitetur, & aliud de ueritate Chriſtianæ fidei credit, quā habeat definitio Traditionis Eccleſiaſticæ. Tū idem alibi: Illa ſola credenda eſt ueritas, inquit, quæ in nullo ab Eccleſiaſticá diſcordat Traditione. Et Hiero-

In caput. 3. Epiſt. ad Titū, quam etiā Pamph. citat.

Ire.li 5.c.43.

Lib.1. Periarchon in proœ.

Ad Luciniũ. nymi uerbum eſt: Ego illud te breuiter admonendum puto, Traditiones Eccleſiaſticas, præſertim quæ Fidei nõ officiunt, ita obſeruandas, ut à maioribus traditæ ſunt.

Epiſt.118.c.5 Auguſtinus uerò ita docet: Si quid Diuinæ Scripturæ præſcribit authoritas, non eſt dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus: ſimiliter etiam, ſi quid per orbem frequẽtet Eccleſia. NAM HOC, quin ita faciendum ſit, diſputare, inſolentiſſimæ inſaniæ eſt. Ac rurſus idem: In his rebus, de quibus nihil certi ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi DEI, uel inſtituta Maiorum pro le-

Ad Caſulanũ epi. 86.

ge tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinū coërcendi sunt. Dist. 11. ca. In his.

Demum Tertullianus, doctissimus & antiquissimus Ecclesiæ scriptor, toto libro aduersus eos disputat, qui nihil quod literis sacris non sit expressum admittunt, grauiterq́; contendit, traditiones & obseruationes quasdam Ecclesiasticas esse non scriptas, quæ non possint nisi ab Hæreticis repudiari. *Si quis autem uidetur contentiosus esse* (ut Paulinis uerbis utamur) *nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Li. de præscr. hæretic. 1. Cor. 11. c.

IX.

Agè uerò, quid est Ecclesia?

Rom. 12. b. 1.Cor.13.b. Ecclesia est omniū Christi fidem atq; doctrinam profitētium uniuersitas, quam Princeps Pastorū Christus, * tum Petro Apostolo, tū huius successoribus pascendam tradidit atque gubernandam.

* 1. Petri 5.b. Ioan 21. e. Matt. 16.c. Conc.Floren.

Quare nomen Ecclesiæ non merentur, sed falsò arrogant sibi Hæretici & Schismatici omnes, qui etsi fidem atque doctrinam CHRISTI profiteri uidentur: tamen summi Pastoris ac Pontificis, quem CHRISTVS ouili Ecclesiæ loco suo præfecit, & perpetua * successione in

Iren. li.3.c.3.

Romana Ecclesia usque conseruauit, oues esse detrectant.

Hanc Petri Cathedrã, hunc Ecclesiæ primatũ qui negant & oppugnãt, primùm illi quidẽ Christi magnificas promissiones Petro* factas, & mysticas regni cœlestis claues illi uni traditas, aliaque multa de Petro Apostolorum principe, ore, uertice scripta non intelligunt. Deinde pacẽ Ecclesiæ ordinemq; certum manifestè perturbant, quæ absq; summo Antistite & huius præcellenti authoritate nec ritè gubernari, neque in unitate atq; contra portas inferorum soliditate necessaria diu contineri posset. Postre

Optatus li. 2. Aug. epist. 165 & in Psalmo contra partẽ Donati.
Matth. 18. d.

* Ioan. 21. c. Lucæ 22. c. Matth. 16. c. Cyp. de simp. In c. 16. Mat. Hilar. Hier. & idem lib. 1. in Iouinianum. Cyril. in Ioã. lib. 2. cap. 12. Aug. tract. in Ioã. 56 & 124 Orig. hom. 2. in diuers. euã. & tract. 6. in Matth. Bas. de pœnit. Chrys. ho. 87. in Ioan. & 55. in Matth. itẽ 9. de pœnit.

Leo ſerm. 3. in anniuerſ. Pont.

mò Patribus horumque ſynodis & ſcriptis de hac illuſtri Eccleſiæ nota conſentientibus, imò & totius orbis Chriſtiani conſonæ uoci, detrahunt impudenter.

Agnouit hanc Eccleſiam eiusq; dignitatem * Hieronymus, cuius hæc uerba ſunt: Qui Petri Cathedræ iungitur, meus eſt. Agnouit * Optatus Afer, qui Petri Cathedram inter ueras Eccleſiæ notas primam eſſe teſtatur. Agnouit * Auguſtinus, qui apertè ſcribit, in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ principatum uiguiſſe. Agnouit Cyprianus, * qui omnium hæreſum & ſchiſmatum pullulantiũ cau

* Ad Damaſ.

* Lib. 2. cont. Don.

* Epiſto. 162. 90. & 165.

* Lib. 1. epiſt. 3. & li. 4. ep. 9.

ſam in eo ſtatuit, quod uni & ſummo ſacerdoti ac iudici uice Chriſti non obtẽperatur. Agnouit * Ambroſius, ut dixerit, ſe in omnibus cũpere Romanã ſequi Eccleſiam.

* Li. 3. de Sacrament. ca. 1.

His autem omnibus antiquior, & Apoſtolicorum temporum uicinus uereq; Apoſtolicus uir*Irenæus tale tribuit elogium Eccleſiæ Romanæ: Ad hanc, inquit, Eccleſiam propter potẽtiorem principalitatẽ, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt undiq; fideles, in qua ſemper ab iis qui ſunt undiq;, cõſeruata eſt ea quæ eſt ab Apoſtolis, traditio.

* Lib. 3. c. 3. Tertul. de præſcr. hæret. Cypr. li. 4. ep. 8. & li. 1. ep. 2. Baſi. epiſt. 52. Theo. l. 2. hiſ. cap. 4. Bern. ep. 190. & li. 2. de cõſi. Cõç. Chalce. Act. 3.

X.

Quænam Ecclesiæ dignitas est, atque authoritas?

1. Cor. 12. d. Ephe. 5. f. Ioan. 14. 16. & 17. Mat. 28. d. & 16. c. Psal. 120. b.

MVltis & eximiis sanè dotibus, promissionibus ac beneficiis illustrat Deus Ecclesiam suam, qua nihil habet in terris charius. Hanc usque ornat, conseruat, defendit, uindicat.

* 1. Tit. 3. d. Psal. 22. a. Ioan. 10. c.

Hanc porrò constituit esse domum suam,* in qua omnes filij Dei foueantur, doceantur & exerceantur.

1. Ti. 3. d. Cypr. de simplicitate prælatorum.

Voluit esse columnam & firmamentum ueritatis, ut de illius non dubitemus doctrina, quæ tanquam Magistra, custos & interpres ueritatis, fidem atque autori-

tatem obtinet inuiolabilem.

Prætereà fundatam esse supra firmam petrã decreuit, ut certi essemus, eam immobilem inconcussamq; stare, atque inferorum etiam portis, hoc est, grauissimis aduersariorum impugnationibus, inexpugnabilem præualere.

Matth. 16. c.
Eph. 2. d.
Psalm. 86. a.
Matth. 16. c.

Demum uult eam sanctissimam quandam esse ciuitatem supra montem positã, omnibusq; conspicuam atque aditu facilem: nè quis ea relicta, pestiferas Hæreticorum speluncas latebrasq; consectetur, & falsis illis uocibus: *Ecce hic est Christus, ecce illic*, fortè perculsus, ab ea diuertat aut dimoueatur.

Apocal. 21. a.
Psalm. 86. a.
Matt. 5. b.
Malach. 1. c.
Actor. 1. b.
Psalm. 21. f.
1. Ioan. 2. c.
Matth. 24. b.
& ibidem Origenes trac. 29

quæcunque dixero uobis: † *ille manebit uobiſcum in æternum, ille* * *docebit uos omnem ueritatem,* quæ uidelicet ſcitu credituq́; eſt neceſſaria.

† Ibidem b.

* Ioan. 16. c.

XI.

Per quos tandem nos docet Spiritus in Eccleſia ueritatem?

PEr eos planè, quos Apoſtolus teſtatur à Spiritu ſancto, ut Eccleſiam regant, eſſe conſtitutos, quales uocat Epiſcopos, Præpoſitos, Paſtores itidem atque Doctores. Et hi poſt * Apoſtolos fuêre ſemper, ac etiamnum ſunt, primarij Dei Eccleſiæq́; miniſtri, & ſummi diſpenſatores myſteriorũ Dei. Horum uerò autho-

Act. 20. f.
1. Ti. 3. a.
Heb. 13. c.
Eph. 4. c.
1. Co. 12. d.

* Augu. in Pſal. 44.

1. Corin 4. a.

ritas cùm in aliis, tum
*Can. Apost. 38. in sacris*Synodis quàm
maximè cernitur, ubi
Cóc. Nic.&c. Sozom.lib. 6. cap. 7. de fide ac religione illi
non modò definire quæ
Cyrill.epist.4. dam, sed suo etiam iu-
Basilius Imp. in 8. syno. act. 10. re,ac pro authoritate A-
postolica contestari pos
Athan.in epi. ad solit. uitã agentes. sunt, ac dicere: VISVM EST SPIRITVI SAN
CTO ET NOBIS, sicut ex
Ruff.li.1.eccl. hist.c.5. actis constat primi Con
† Actor.15.c. cilij Hierosolymis† cele
brati.

Certè olim nefas erat, & extremo supplicio ex piabatur crimen, si quis iudicio summi sacerdo
Matt. 23. a. tis, qui Moysi regebat Cathedram,non obtem
* Deut.17.b. c. & Cypr. li. 1.epi.3. perasset. * Atqui haud quaquam inferioré nũc habet Ecclesia, quàm tunc Synagoga in regen do, iudicando ac decer

nendo authoritatem. Quod ius obediēdi manebat Iudæis, etiā Christianis incumbit, ut sacerdotū præcellenti dignitate præstantium iudicia de his, quæ ad Religionem pertinent, recipiantur, approbentur atque obseruentur.

Quapropter magno se illi crimine contaminant, qui Magistratibus ecclesiasticis authoritatem & obedientiā adeò non deferunt, ut etiam conuellere & oppugnare palàm audeant iam quidem sacras summorum Pontificum sanctiones, penes quos * de sacris definiendi suprema semper potestas fuit: iam uerò uenerādas Cōciliorum generaliū con

* Dist. 19. per totum Hiero. ad Dama. Et 9. q. 3.

ſtitutiones, quorum in Eccleſia, ut Auguſtinus loquitur†, ſaluberrima eſt autoritas: iam demū certas Patrum de Fide ſententias, quorum in re una communis ſenſus atq; conſenſus * firmum eſt teſtimonium Chriſtianæ ueritatis. Illud præclarè dictum eſt à piis Imperatoribus, † Iniuriam facit iudicio Synodi, ſi quis ſemel iudicata & rectè diſpoſita reuoluere, & publicè diſputare contendit.

†Ep.118.diſt. 10. & 15. Itē Greg. lib. 1. epiſt. 24.

* Vincen. Lirinen. contra nouato.

† In action.3. Cōc. Chalce. Gelaſius in epiſ.ad Epiſc. Dardan. Bern.ep.194. Leo epiſt. 43. 50.& 78.

XII.

Quorſum uerò ſpectat Diuina iſthæc ordinatio, ut Paſtores & Doctores in Eccleſia conſeruentur?

NOn parùm utilis ac salutaris est nobis Diuina hæc ordinatio, qua potestas & Hierarchia Ecclesiastica Politicos magistratus omnes longè antecellit. Est enim potestas hæc spiritualis, qua Christianus populus ad spiritualia æternaq; bona consequẽda maximè promouetur.

Chrysost. li. 3. de Sacerd. & Ambr. de dignit. sacerd. c. 2. & in exhor. ad uirgines. Ign. ad Smyrnenses.

Prodest in primis, ut Pauli uerbis utamur, *ad consummationem sanctorum*, hoc est, ut qui illa potestate funguntur, exhibeant omnem hominem perfectũ in CHRISTO, sicut idem Paulus alibi loquitur, suoque studio fideles ad sanctitatis, in quã uocati sunt, perfectionem adducãt.

Ephes. 4. c.

Coloss. 1. d.

2. Cor. 13. d.

1. Thess. 4. b.

Prodeſt etiam *in opus miniſterij*, ut qui ſunt & dicuntur miniſtri præci-
Heb.13.c. pui Eccleſiæ, habeant
Act. 20. b. quod uigilent ac curent
Cypr.li.1.epi ſemper pro concrediti
ſtol. 9. ſibi ſummi muneris ratione.

Eph. 4. c. Prodeſt prætereà *in ædificationẽ corporis Chri-*
1.Cor.3.b. *ſti*, ut norint hi ſpirituales & ſapientes architecti, circa corpus Chriſti myſticum, quod ſingularem in ædificando cõtentionem requirit, continenter ſibi eſſe uerſandum, ut iam ueræ fidei fundamenta iaciant ac confirment, iam reliqua fidelibus ad perfectam iuſtitiam neceſſaria ſuperſtruant.

Eph.4.d. Prodeſt demum, *ut non ſimus paruuli fluctuan*

tes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum. Hoc eſt, propter imbecilliores, qui ſemper in Eccleſia ſunt plurimi, neceſſariũ eſt munus antiſtitum eccleſiaſticorum, præſertim hæreſum uentis ac perſecutionum procellis in Eccleſiæ domum irrumpentibus. Tũ enim opus eſt præſenti eorũ præſidio, qui pro authoritate uelint & poſſint arcere lupos, oues defendere, zizania extirpare, & ſana confirmare dogmata ne ſimplices alioquin fallacium ac perditorum hominum uerbis, ſcriptis & exemplis à uia ueritatis regia ſeducantur, quin potius ut omnes ueritatem nõ

Act. 20. b.
Ezech. 33. b.

modò cognoſcẽtes, ſed etiam facientes, in illo qui caput eſt CHRISTVS, grandeſcant atque pro-
Eph. 4. d. ficiant, ut idem Paulus adiunxit.

XIII.

Quo pacto inſignes hos fructus conſequemur?

ITA nimirum, ſi non altè, ſed ſobriè ſapia-
Ro. 12. a. mus, ſoliciti ſemper ſer-
Eph. 4. a. uare unitatem Spiritus in uinculo pacis, ut noſmet oues Chriſti humi-
Ioan. 10. a. & 21. e. les obedientesq́; præſtemus.

Ioan. 10. a. Tit. 3. a. Heb. 13. c. Mat. 10. c. Quarum ſanè ouium illud eſt proprium, Lupos fugere: nec alienos, ſed ſuos Paſtores ſequi: illis uelut Ordinariis ouilis Dominici Præfectis ſeſe ſubmittere, in

illis audire ſpiritum Veritatis.

Is eſt, qui per malos etiam Præpoſitos Dominicum gregem docere, paſcere & conſeruare dignatur: quiq; per eoſdem, tum Dei Patris, tũ Eccleſiæ Matris præcepta nobis his uerbis commendat, *Audi Fili mi diſciplinam Patris tui, & ne dimittas legem Matris tuæ.* Et rurſus idem inculcans: *Conſerua*, inquit, *fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.*

Mar. 23. a.
Phil. 1. b.
Ioan. 11. g.
Mat. 18. c.
Deut. 17. b. c.
Prou. 1. a.
Pro. 6. c.

XIIII.

Quæ ſunt præcepta Eccleſiæ?

PRæcipua quinq; numerantur, cuique Chriſtiano & ſcitu, & ob

ſeruatu certè neceſſaria.

*Conc. Lugd. apud Iuonem p. 4. c. 14. Mogunt. can. 36. & 37. Igna. ad Phil. † Cõc. Agath. c. 47. & 21. Item 1. Aure. c. 28. Item 2. Aure. c. 28. *Can. Ap. 68. Gang. can. 19 Igna. ad Phil. Mogunt. can. 34. & 35. Salegunſt. can. 2 Igna. ad Phil. Bern. in uigil. S Andreę. Vide Burcardum lib. 13. & Iuonem p. 4. † Tert. li. 2. ad uxorem. & in Apologet. * Syno. Later. can. 21. † Ibidem.

1 * *Statutos Eccleſiæ feſtos dies celebrato.*

2 † *Sacrum Miſſæ officiũ diebus feſtis reuerenter audito.*

3 * *Ieiunia certis diebus, temporibusq; indicta obſeruato*, ut in Quadrageſima, Quatuor anni temporibus, & Feſtorum quorundam ſolennium pridianis diebus, quos Maiores noſtri, quòd iiſdem temporibus in tẽplis noctu peruigilaretur, Vigilias † appellarunt.

4 * *Peccata tua ſacerdoti proprio ànnis ſingulis confitetor.*

5 † *Sacroſanctam Euchariſtiam ad minimum ſemel in anno, idq; circa feſtum Paſchæ, ſumito.*

XV.

Quem fructum adfert horum præceptorum obseruatio?

HAEC & eiuscemodi reliqua Ecclesiæ tum instituta, tũ præcepta tot seculis recepta, magnoq́ue piorum consensu & usu cõfirmata, pietati atq; rationi ualde cõsentanea, insignes secum adferũt commoditates.

Sunt enim Fidei, humilitatis & obedientiæ Christianæ salutaria exercitia: honestam disciplinam & concordiã popularem promouent: Religionis pulchra existũt symbola: notas præbent demum & indicia interioris nostræ pieta- Phil.4.b. 1.Cor.14 c.f.

Mat. 5. b. Ro. 15. a. Phi. 2. a. c.

tis, quibus ad ædificatio nem & bonis collucere, & malis prælucere opor teat.

Breuiter hæc eò nos promouent, ut Apoſtoli cus ille Canon, *Omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in uobis*, ad unguem obſeruetur.

1. Cor. 14. g.

XVI.

Vbi neceſſaria eſt nobis Ecclesiæ authoritas?

PRimùm in eo quidem, ut ſcripturas Canonicas & ueras ab adulterinis certò diſcernamus. Vnde teſtatur Hieronymus*: Nouum & uetus Teſtamentum recipimus in illorum librorum numero, quem ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ tradit authoritas.

* In ſymb. ad Damaſum. Conc. Laod. cap. 59. Con. 3. Car. cap. 47. Conc. Florẽ. Cõc. Tri. ſeſ. 4

Et † Auguſtinus : Ego uerò, inquit, Euangelio non crederem, niſi me Catholicæ Eccleſiæ cõmoueret authoritas.

Deinde ut conſtet de uero Scripturæ*ſenſu & apta interpretatione:ne alioquin ſine fine dubitemus ac diſceptemus de uerborum ſententia. Omnes enim Hæretici, ut ſcripſit idem *Auguſtinus,ex ſacris Scripturis falſas atque fallaces opiniones ſuas conantur defendere. Atqui non in legendo, ſed in intelligendo Scripturæ conſiſtunt, Hieronymo † teſte.

Tertiò, ut in grauioribus de Fide quæſtionibus atq; controuerſijs, quæ poſſunt incidere, iu

† Contra epi. Manichei c 5
Vincẽt. Lirin: contra Nouatores.

*Aug.l.c.1.33 cõt. Creſcon.

* Li.1.de Trinit. c. 3.
Hilar. lib. 2. ad Cõſtantiũ.

† Contra Luciferianos [illegible]. & in cap. 7. ad Galatas.
Deut. 17. [illegible].

dex adsit, atq; legitima illius authoritas interponatur. Vt enim uerissimum est, quod contra Hæreticos docet * Epiphanius, à Diuina scriptura non posse accipi omnia: ita rectissimè Augustinus * illud affirmat: Palàm est, quod in re dubia ad fidem & certitudinem ualeat authoritas Ecclesiæ Catholicæ. Non enim deesse potest Ecclesiæ Spiritus, qui ipsam in omnẽ ducat ueritatẽ, sicut Christus ipse promisit.

Actor. 15. b. c.

* Hæresi 61.

* Lib. 11. cõt. Faustum ca. 2.

Ioan. 14. b. d. & 16. c.

Rursus, ut pro ratione personarum, locorũ & temporum Canones constituantur, disciplina integra conseruetur, ac iura dicantur. Dedit enim hanc potestatẽ

Canon. Apost. 38. & Syno. 1. Nicæn. c. 5. Lateran. c. 6.

Devs Ecclesiæ ad ædifi cationem, & non ad destructionem. 2.Cor.10.b. Matth.18.c.

Præterea, ut quam Christus instituit coërcendi & excōmunicandi potestatem, qua Paulus etiam est usus, perui caces sentiant, ipsaque corrigantur & comprimantur. Hinc Augustinus, Eis, inquit, per quos Ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ aduersus improbos aut nefarios exercendæ. 1.Cor.5.b. 1.Timot.1.d. Lib.de fide & operibus cap. 5.& lib.3.contra Parmen. cap. 2.

Igitur in his omnibus, ut cætera omittamus, Ecclesiæ authoritatē nō solùm utilem, sed etiam necessariam esse cōstat, ut sine illa quidem nihil aliud Christiana Respublica, quàm confusio Ba

bylonica possit existimari. Proinde sicut Scripturæ propter testimonium Diuini Spiritus in illa loquētis credimus, adhæremus ac tribuimus maximam authoritatem: sic Ecclesiæ fidē, reuerentiam, obedientiamq; debemus, quod eo ipso Spiritu à CHRISTO capite, sponsoque suo informata, dotata simul & confirmata sit: ut non possit non esse quod dicitur, * *columna & firmamentū Veritatis.*

2. Pet. 1. d. 1. Tim. 3. d. Matth. 18. c. Ioan. 14. b. d. & 16. c.

Actor. 2. a.

Ephes. 4. a.

* 1. Tim. 3. d.

XVII.

Quis est doctrinæ totius de Ecclesiæ præceptis & traditionibus usus ac fructus?

INgens profectò est ac uarius. Atq; pri-

mus quidem, ut intelligamus, nos solis literis seu scripturis diuinis minimè alligari. Quid enim (ut Irenæi uerbis utamur) si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nõ'ne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus cõmittebant Ecclesias? Itaque luculenter dixit Basilius: Dogmata quæ in ecclesia seruantur ac prædicanrur, quædam habemus è doctrina scripto prodita: quædam ex Apostolorum traditione in mysterio, id est, in occulto, tradita recepimus. Quorum utraque parem uim habent ad pietatem, nec his quisquam contradi-

Lib. 3. cap. 4. Vincentius Lirin. contra Nouatores.

Lib. de Spir. sancto ca. 27.

cit, quiſquis ſanè uel te nuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica.

Joan. 20. g. & 21. f. Aug. epi. 108. Neque dubium eſſe poteſt, quin Chriſtus & Apoſtoli multa tum egerint, tũ docuerint, quæ etſi ſcripta quidem non ſint, ad nos tamen poſterosque maximè pertineant. De quibus generatim Paulus admonẽs, *De cætero Fratres,* inquit,

Phil. 4. b. *quæcunque ſunt uera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua uirtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didiciſtis & accepiſtis, & audiſtis & uidiſtis in me, hæc agite: & Deus pacis erit uobiſcum.*

Proximus eſt, rectè

uti Christiana libertate, quam homines ocio luxuq; capti, si unquam aliâs, nûc maximè dant in occasionem carnis, ut Apostolus loquitur: illius prætextu fœdis uoluptatibus inseruiunt, & quicquid ferè libet, etiam circa Religionis instituta mutanda, id licere sibi arbitrantur. At qui ab ista profana nouitate ac temeritate nos reuocant, tuentur, deterrent Apostolica & Ecclesiastica dogmata simul & instituta: quæ frænum inijciunt humanæ licentiæ, docentq; conuenienter uti Christiana libertate: ita nimirũ, ut nos à iugo peccati & à seruitute ueteris legis per Christum liberi esse

Galat.5.b.
2.Pet.2.a.
Aug.epi.118.
1.Pet.1.c.
Ro.6.d.
Gal.3.b.&4.d
Rom.8.a.

cti, ultrò libenterq; præ
stemus Christianum of-
Colo 3.c. ficium, seruiamus Deo
Luc.1.g. in iustitia & sanctitate,
ducem sequamur Spiri
1.Cor.9.c. tum in lege Charitatis,
1. Pet.1.d. Iustitiæ serui, obedien-
1. Pet.2.d. tiæ filij, humilitatis cul-
Luc.21.d. tores, patientiæ custo-
Matt. 4. c. & des, pœnitentiæ & cru-
16. d.
*Gala 5. b. cis amatores. * *Vos*, in
quit Apostolus, *in liber-
tatem uocati estis Fratres:
tantum ne libertatem in oc
casionem detis carnis, sed
per Charitatem Spiritus
seruite inuicem.* Ad quam
Spiritus Charitatem san-
ctæ seruitutis obsequio
& alendam, & conser-
uandã cùm honesta cun
cta prosunt, tum ingens
pondus adferunt piè ob
seruatæ Ecclesiæ Tradi-
tiones.

Poſtremus eſt, ut uerum inter legitimos & nothos Eccleſiæ filios, ſeu inter Catholicos & Hæreticos diſcrimen inde accipiamus. Illi enim ſimpliciter in doctrina Eccleſiæ ſiue ſcripto ea, nempe biblicis literis tradita ſit, ſiue Patrum Traditione comprobata, acquieſcunt. Sequũtur enim Verbum DEI: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui.* Baſil. de Spir. ſanct. cap. 27. Pro. 22. d.

Hi uerò, qui ſunt Hæretici, ab hac ſimplicitate Fidei, & à uenerandæ matris Eccleſiæ, ſanctorumq; Patrum probata ſententia diſcedunt, nimiumq; ſibi, uel deſertoribus Eccleſiæ fidunt, adeoque ne mo-

niti quidem resipiscũt. Quare Paulus de ijs tã seriò sanxit, dum ait: *Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui huiusmodi est.* Atque ut cum Cypriano cõcludamus, quisquis ab Ecclesiæ unitate discesserit, cum Hæreticis necesse est inueniatur.

Ad Titũ 3. c.

Ad Pompeiũ.

XVIII.

Quæ demum est summa omnium superiorum?

QVAE à principio quidem hucusque tractata sunt de summa Christianæ doctrinæ, eò spectant, ut uera Christiani hominis Sapientia constituatur: quæ tribus illis uirtutibus, F I-

Aug. lib. 2. Retracta. ca. 63.
1. Co. 13. d.
2. Ti. 2. d.

DE, SPE & CHARITATE comprehenditur. Et Fide * quidē ueritati Dei firmiter assentitur, eiq́; innititur anima. Spe autem propiùs adhuc apprehēdit bonitatē Dei, Fide iam cognitam atque conceptam. Charitate demum Deo proximoq́ue propter Deum coniungitur & unitur.

* Heb.11. a. Gal.5. a.

Rom.8. g. Ioan.14.c. Rom.13.c.

Cæterùm de Fide nos docet Symbolum Apostolicum, dum ea proponit, quæ maximè sunt credenda & profitenda Christiano. De his uerò, quæ speranda & desideranda, precatio nos instituit Dominica. ad Charitatem porrò spectant, quæ duabus tabulis Decalogus exhibet.

August. in Enchirid. cap. 7.

dam ſpecie & ſimilitudine id nobis referunt & declarant, quod per ipſa Deus nobiſcum inuiſibiliter atque ſpiritualiter agit.

Certa * uerò, ſacroſancta ſimul & efficacia ſigna, quoniam indubiè quam gratiam ſignificant, etiam continent, conferuntq; ad noſtram ſanctificationem. Sacramenta enim quantum in ſe eſt, (ut † Cyprianus loquitur) ſine propria eſſe uirtute nō poſſunt, nec ullo modo Diuina ſe abſentat Maieſtas myſteriis, quamuis etiam ab indignis * adminiſtrentur.

* Aug. in Pſa. 73 & 77. & li. 19. cont. Fauſtum c. 11. 13. & 16.

† Ser. de Cœna Domini.

* Augu. lib. 3. contra Donatiſt. c. 10. & li. 5. c. 19.

Vt exempli cauſa, in Sacramēto Baptiſmi exterior ablutio, quæ ſor-

Tit. 3. b. Rom. 6. a.

1. Cor.6.c. des corporis purgat,ef-
Tert.in lib.de ficax eſt ſymbolum inte
reſur. carnis. rioris ablutionis, utpo-
te teſtimonium præbẽs
indubitatum, quòd ſpi-
ritualiter anima purifi-
cetur. Sic res aliæ uiſi-
biles & externæ,ut oleũ,
panis uinique ſpecies,
quarum in Sacramentis
neceſſarius eſt uſus, ap-
tè nobis conſtituuntur
tum ad ſignificandum,
tum ad conferendũ ho-
mini Diuinam gratiam,
animæque ſalutem, mo
dò ad hæc non indignè
* Proſper ſen * accedatur.
ten.69.ex Au Per Baptiſmum † ete
guſ.in Pſ. 142 nim regeneramur & re-
† Conc. Flor. nouamur: per Confir-
Ioan.3.a. mationem augemur &
Tit.3.b. roboramur: per Eucha-
Actor. 8. c. & 2. b. riſtiam nutrimur & refi
Ioan.6.f. cimur: per pœnitentiã
Ioan.20.f.

ctéq; ad ſapientiā Chriſtianam referuntur.

XIX.

An'ne aliud quicquam ad doctrinam Chriſtianam ſpectat?

ETiam: huc enim planè ſpectat doctrina de Sacramentis, ut norint Chriſtiani, quibus ueluti inſtrumentis diuinitùs inſtitutis habeant opus ad Fidem, Spem & præcipue Charitatem accipiendam, exercendam, augendā, conſeruandam ac etiā reparandam. Augu. in Ioā. Tractatu 120.

Adde, quòd neq; Sapientia neque Iuſtitia Chriſtiana conſtitui, ac retineri abſque Sacramentis poteſt, ut ſine quibus Religionem uni Auguſti. li. 19 cōtr. Fauſtum c. 11. & de uera reli. ca. 17. Itē epiſt. 118. cap. 1.

uersam extingui prorsus necesse sit. Habent igitur ea sublimem in doctrina Christiana locum, & necessariam quoque tractationem.

CAPVT IIII. de Sacramentis.

I.

Cur de Sacramentis docendi sunt Christiani?

Ad Titũ 3. b. Ioan. 3. e. 6. f. & 20. f.



VIA Sacramentorum cognitio & usus facit, ut illi accepta ex Iesu Christi meritis gratia, quæ per Sacramenta ipsa cõ-

fertur, legitimè exerceantur, & conseruentur, atque promoueantur in Diuino cultu.

II.

Quid, & quotuplex est Cultus Diuinus?

CVltus Diuinus dicitur, quem Christianus tanquam præcipuum ac summum obsequium debet ac præstat Creatori ac Saluatori suo Deo Opt. Max. Aug.li.10. de Ciu.Dei ca.1.

Neque enim est dubium, hominem ea potissimùm causa, ut Deũ purè integreq; colat, & initiò conditum, & posteà redemptum, atque ad id omninò destinatum esse. Pro. 16. a. Gen.1. d. 2.Cor.5.c. 1.The.5.b.

Diuinus autem cultus est duplex, interior

& exterior. Interior, quo per intellectum & affectum Deo coniungimur, Fide, Spe, & Charitate, ut anteà dictum est, perficitur. Exterior est professio quædã cultus interioris, quem externis quibusdam & uisibilibus signis ritibusq; declaramus. Deus enim, qui bonorum nostrorũ non eget, quippe beatus per se totusq; perfectus, tamen sicut totum ipse hominem tum corpore, tum animo constare uoluit, sic eundem quoque totum, hoc est, secundum omnem sui partem reposcit, à quo syncerè studioseque colatur: anima quidem secundũ interiorem, uti docuimus: corpore ue-

Augu. in Enchiridio c.3.
Matth. 5. b.
Rom. 12. d.
1.Co.14.g.
Psal. 15. a.
1. Ti. 6. d.
Matt. 5. g.
Gen. 2. b.
Pro. 16. a.
Luc. 10. e.
Matt. 22. d
1. Cor. 6. d.
Psal. 83. a.

rò ſecundum exteriorē cultum cũ interiore cōiunctum, quod multis ſanè modis, ſed uel maximè & ſaluberrimè per uſum Sacramentorum præſtatur.

Sic enim diuinæ uiſum eſt ſapientiæ, mortalium ſe imbecillitati accommodare, ſuamq;* uirtutem per quaſdam externas res & ſigna, quæ ſenſibus percipiuntur, exercere. Animus quippe noſter immortalis, in hoc obſcuro & caduco corpore uelut carcere quodam incluſus, ſenſuum miniſterio plurimùm utitur, neq; citra hoc † adminiculũ ad diuina capeſſenda ſolet aſſurgere. Itaq; tum in ueteri, tum in noua

* Aug. in Pſal. 73. & li. 19. cõtra Fauſt. c. 11 Item libr. 3. de doctrin. Chriſt. ca. 9. Quæſt. 84. ſup Leuit. & 33. in Numeros. Tertull. de reſur. carnis. Greg. in primum Regum lib. cap. 3.

† Chryſ. hom. 60. ad popu. Antioch.

restituimur & sanamur in uita spirituali: in qua per reliqua itidem Sacramenta, pro sua cuiusq; ratione iuuamur atque prouehimur, ut suo deinde loco aperiemus.

IIII.

Quibus partibus constat unumquodque Sacramentum?

VErbo & elemento. Per Verbum hîc intellige certa quædam & determinata uerba, in quibus ipsa consistit forma, quam uocant, Sacramentorum. Per Elementum accipe res externas, quæ uera materia sunt Sacramentorum, ut aqua, oleum, panis, uinũ, & einsmodi.

Conc. Floren. Aug. tract. 80 in Ioan.

Iam his partibus perfectè ſumptis adiunguntur reliqua, quæ ad cuiuſque Sacramenti tum idoneam collationem, tum dignam ſuſceptionem ſpectant, uidelicet inſtitutio Diuina, miniſter idoneus, intentio recta in miniſtro, Fides in ſuſcipiente, & ſi quæ ſunt huius generis alia.

V.

Quot ſunt Sacramenta?

*Conc. Florẽ. Conſt. ſeſſ. 15. & Trident.

SEptem*, quæ à Chriſto per Apoſtolos acceptа conſeruauit, ac fideliter diſpenſauit huc-

Cantic. 4. c. 1. Timo. 3. d.

cuſque Chriſti ſponſa, & columna ueritatis Eccleſia. Sunt autem hæc:

† Matth. 28. d Actor. 8. c. Matth. 26. c.

† Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœni-

tentia, Extrema unctio, Ordo, & Matrimonium.

Ioan. 20. f. Iacob 5. c. 1. Tim. 4. d. Eph. 5. g.

Nec refert ſanè, ſi eiuſmodi uocabula in Scripturis non extent omnia, modò de re ipſa cōſtet, ac Sacramentorum ueritas & uirtus Diuinis teſtimoniis approbetur. Quanquam * ea, quæ uniuerſalis Eccleſia ex Apoſtolorum traditione retinet, atque conſeruanda commendat, etiam ſi in Scriptura diuina non reperiantur, plenam apud nos fidem, ut anteà docuimus, habere merentur. Ac de ſingulorum quidem Sacramētorum inſtitutione poſtea ſuo loco.

* Aug. in li. 4. cō. Don. c. 24 & l. 2. c. 7. l. 5. c. 23. Itē epiſt. 118. c. 1. Chryſ. in poſter. epiſt. ad Theſſ. hom. 4.

Vis autem eorum, ut fidisſimus Scripturæ in-

* Lib.19.cõt. Fauſtũ ca. 11.

terpres Auguſtinus * inquit, inenarrabiliter ualet plurimùm, & ideò cõtempta ſacrilegos facit. Impiè quippe contèmnitur, ſine quo non poteſt perfici pietas. Atque ut idem alibi † docet: Contemptor uiſibilis Sacramenti, inuiſibiliter ſanctificari nullo modo poteſt.

† Super Leuit. quæſt. 84.

VI.

Quare inſtituta ſunt Sacramenta?

PRimùm, ut ſint præſentisſima remedia contra peccatũ, quod lethalis eſt animæ morbus, ac niſi hoc tempore curetur, perpetuam adfert damnationem. Quamobrem hæc longè præſtant le-

Sapient. 16.b. Eccleſ. 21.a.

gis antiquæ Sacramentis, uirtute utique maiora, utilitate meliora, numero pauciora, intellectu augustiora, obseruatione faciliora, significatione præstantiora, quæ præterquàm quòd significant, etiam sanctificant, ac salutem dant: ut è Scripturis Augustinus * optimè colligit.

Secũdò, ut habeamus certa, efficaciaque signa Diuinæ erga nos gratiæ & uoluntatis, quæ dum in sensus externos incurrunt, non solùm excitant fidem in Christũ Deiq; misericordiam & bonitatem, uerùm etiã uiuifica sunt instrumenta, per quæ uisum est Deo, salutem nostram efficaciter operari. Vt

* Lib. 19. cõt. Faustum c. 13. Et lib. 3. de doct. Christiana cap. 9. Item epist. 118. c. 1.

Rom. 9. e.

Tit. 3. b. Ioan. 6. f. & 20. e.

*Auguſt.li.4. cõt.Don.c.24

præclarè dictũ ſit * iam olim, per ſe ipſum quoque Sacramentum multùm ualere.

† Idem li. 19. contr. Fauſtũ cap. 11. & ca. 17. de uera Religione.

Tertiò, ut † extent uelut ſymbola & externæ notæ Chriſtianæ profeſſionis, quibus Dei & Eccleſiæ filij ſe mutuò agnoſcant: utq; in unione, humilitate & obediẽtia ſe fructuosè excerceant & contineant, atq; ita unius religionis neceſſariis quaſi nexibus & fœderibus inter ſe inuicem maneant colligati. Alioquin ſine Sacramentis nec conſtare, neque diſcerni ſatis ulla Religio poteſt.

VII.

Quid uerò ſentiendum eſt de Sacramentorum miniſtris?

ITA planè ſentiendum eſt de illis, tanquam miniſtris Chriſti & diſpenſatoribus myſteriorum Dei, qui portant uaſa Domini, Tabernaculoq; deſeruiũt, qui & ſacris ex profeſſo præſunt, eaque iure quodam adminiſtrãt. Non enim omnibus indifferẽter, ſed Sacerdotibus & Epiſcopis incumbit, ac diuinitùs iniunctũ eſt, Sacramenta conficere, diſpenſare uel adminiſtrare.

1.Cor.4.a.
Eſa.52.c.
Num. 1.g.
3.Re. 8.a.
Cóc.Nic.c.14

At ne putemus unquam, ex uita & probitate miniſtrorum Sacramenta pendere, hanc nobis Regulam præſcribit * Auguſtinus: Non ideo ueriora & ſanctiora ſunt Sacramẽta, quia

* Contra Creſcon.li.4.c.20

Tum præter institutionem uetustissimam & Apostolicam, habent fœcũditatem mysteriorum grauitate atq; dignitate plenam, ut sanctissimi doctissimique * Patres annotarunt. De his demùm aliisque id genus, præclarè ita† Damascenus: Quæ Christiana religio erroris nescia suscipit, & in tot secula seruat inconcussa, minimè uana sunt, sed utilia, Deo placita, salutiq; nostræ conducibilia plurimùm.

* Amb. de initiandis myst. Augu. & alij passim. Vide Isidorum de offic. eccles.

† In serm. de defunctis.

Rident interim Sectarij cæremonias, quæ Sacramentis adhibentur: sed ipsi magis ridendi, aut potius deplorandi, quòd cæco iudicio & hostili odio (pessimis

consultoribus) freti, aduersus ueritatem clarissimam bellum gerant. Certè de Babtismi Cæremoniis uel antiquissimi Theologi nobis testantur, * Dionysius, † Clemens, * Tertullianus, † Origenes, * Cyprianus, † Basilius, * Chrysostomus, † Cyrillus.

* Dionys.c.2. Eccl. Hierar. † Clem.3.epi. * Tertull. de coron.milit. † Orig. hom. 12. in Nume. * Cypr. lib.1. epist. 12. † Basi.de Spiritu sanc.c.27 * Chrys.hom deAda &Eua. † Cyrill.Hierol.Catec.2.3 & 4.mystago.

Nugentur licet ac blasphement impij: magno quidem Patres illi consensu commendant ab renunciationē, exorcismos, aquam benedictam, sacrum Chrisma, crucis signaculum. Ante annos bis sexcentos ferè scripsit Basilius * in hunc modum: Consecramus aquam Babtismatis, & oleum unctionis, & prætereà eum,

* Basil. ibidē. Vide kabai. de instit. cler. lib.1. c. 27. & Isid.lib. 2. de offi.ecc.c. 20.

qui Baptiſmum accipit.

Verùm de Cæremoniis, quæ Sacramentis omnibus adiunguntur, ſigillatim admonere, ut longum eſt, ita difficile, & huic quidem inſtituto haud neceſſarium. Quin & apertè fatetur Origenes †, in Eccleſiaſticis huiuſmodi obſeruationibus eſſe nonnulla, quæ omnibus quidẽ facere neceſſe ſit: rationem autem eorum, cur ita fiant; nondum ſatis eſſe compertam.

† Hom. 5. in Numeros.

DE BAPTIS-
mi Sacramento.

I.

Quid eſt Babtiſmus, & an cunctis neceſſarius?

Actor. 2. f.
Mar. 16. d.
Joan. 3 e.
Tit. 3. b.
Matth. 28. d.
Ephes. 5. f



EST hoc nouæ legis primũ & maximè neceſſarium Sacramẽtum, in ablutione corporis exteriore, & legitima uerborum enunciatione iuxta Chriſti inſtitutionem conſiſtens.

*Conc. Later. can. 1. & Mileuit. can. 2. Dion de eccl. Hierar. c. 7.

Neceſſarium inquam Sacramentum nõ ſolùm *adultis, ſed etiam par uulis, ac ſimul eis efficax ad ſalutem æternã

conſequendam. Naſcuntur omnes iræ * filij: opus igitur habent, etiam paruuli, emundatione peccati, nec poſſunt abſque † hoc Sacramento mundari, & in filios Dei regenerari. Nam & generatim Legislator edixit: * *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei*. Alibi * uerò: *Non eſt uoluntas ante Patrem, qui in cælis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis*. Perirent † autem non baptizati etiã paruuli, ſicut olim in Synagoga Hebræorũ pueri * incircuncisi.

* Epheſ. 2. a.
† Aug. in epiſt. 28. Et li. 3. de anima & eius origine cap. 9
* Ioan. 3. b.
* Matth. 18. b
† Aug. de nup. & concupiſcẽ. lib. 1. ca. 2c. & epiſt. 28.
* Gen. 17. b.

Iam cùm ſit unum † Baptiſma Chriſti fidelium, hoc ſemel acceptum, nefarium * eſt

† Eph. 4. a.
* Hebr. 6. a.

prorſus iterare, quicquid demum prætexant iam olim † damnati Anabaptiſtæ: Cùm Synodo Nicæna dicendum eſt, Confiteor unũ baptiſma in remisſionẽ peccatorum. Et cum Auguſtino, * Rebaptizare hæreticum hominem, omninò peccatum eſt: rebaptizare autem Catholicum, immanisſimũ ſcelus eſt: quod idcircò Cæſareis etiam legibus † prohibetur.

† In Con. Cart. 1. can. 1. & Viennen.

* Epiſt. 203.

† C. lib. 1. Ne ſanctum bapt. iteret.

II.

Quæ circa hoc Sacramentum præcipuè ſunt notanda?

ELementum abluẽs, eiusque ſignificatio, uerbum effectus Baptiſmi.

Elemen-

VIII.

Quid iudicandum de Cæremonijs, præcipuè quarũ solennis eſt uſus in Sacramentis?

CAEremoniæ ab Eccleſia probatæ, ritus * quidam ſunt externi, religioſè ac decenter inſtituti: Primũ ut ſigna, teſtimonia & exercitia ſint cultus interioris, quem * Deus in primis requirit.

* Ioan. 9. a. 11. f. 20. e. Marc. 7. d. 8. c. Mat. 8. a. 14. b.

* Ioan. 4. c. Matth. 15. b. Eſaiæ 1. c.

Deinde, ut uiua extent Religionis incitamenta, quibus fragilitas humana, ceu adminiculis fulciatur, & ad ſacra myſteria tum capeſſenda, tum retinenda ueluti manu ducatur.

Poſtremò, ut quæ ad

Elementum eſt aqua ſimplex, materia ad hoc neceſſaria, quæ natura ſua ſordes corporis abluere ſolet. Cui hæc pulchrè reſpondet ſignificatio, Baptiſmo animam emundari peccatis, & hominem, uti dicemus, iuſtum effici.

Ioan.3.b. Ephes. 5. f.

Tit.3.b. 1.Cor.6.c.

Verbum, quo Sacramenti forma conſiſtit, ex Chriſti præcepto ſic habet: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Concil.Later. & Florent.

Matth.28.d.

Et quanquam ſit Sacerdotum munus baptiſmum adminiſtrare, tamen ubi neceſſitas uehementer urget, baptizare poſſunt alij† quoq;, ne impiis quidem & hæreticis exceptis, modò à forma Eccleſiæ & eius

† Aug. contra Parmenia. li. 2.cap. 13. Et de Vnic.bapt. ca. 9. Contra Donat.lib. 3. c. 15. Hila.in pſ.67. Cóc.Late.c.1.

uerbis conceptis nõ recedatur.

III.

Quem fructum & effectum præstat Baptismus?

EVM planè, quem docẽte Christo,* ac testibus Apostolis Petro & Paulo discimus, nimirum per Baptismũ & peccata remitti, & Spiritum dari, quo & uetus homo aboleatur, & noua fiat in Christo creatura. Quippe susceptus ritè Baptismus nõ hoc modo largitur, ut impio plenè peccata omnia condonentur atque tollantur, sed etiã ut baptizatus planè innouetur, ac uerè innocens, iustus, sanctus & cœlesti gloria dignus in-

* Marci 16.d. Actor. 2. f. 1.Petr.3.d. Ezech.36.e. 1.Cor.6.c. Roman.6.b. Gal. 6. b. Basil. in exor. ad bapt.& lib. de Spirit.san. ca. 15. Aug.li.1. cõt. duas epistol. Pelag.c.13. & li.3.cap.3. Beda in ca. 3. Ioan. Dama.li.4.c.5

Christo efficiatur. Vt iu re à Paulo dictum sit omnibus baptizatis: * *Abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri.* Atque alibi testatur * idem, Baptismum esse Lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti: Lauacrum * etiam aquæ in uerbo uitæ. Et rursus ille scribit: † *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis.*

* 1.Cor. 6.c.

* Tit.3.b.

* Ephes.5.f.

† Gal.3.d. Rom.6.a.

Scitè † Bernardus, ac breuiter Sacramenti huius effectus præcipuos complectitur: Lauamur in Baptismo, inquit, quia deletur Chirographum damnationis nostræ, & gratia hæc no-

† Ser.in Cœn. Domini. Vide Cypr. de baptismo. Iren.li.3.c.19 Orig. in ca.5. epist.ad Rom.

bis confertur, ne iam nobis cōcupiſcentia noceat, ſi tamen à conſenſu abſtineamus.

* Iacob.1.b.
Rom.6.b.7.b
Iuſtin. contra Tryph. & Apo. 2.
Cyp. de bapt. Chriſti.
Aug.lib. 1. de nuptiis &cōc. c.25. & lib. 1. cōt. duas epi. Pelag.c.13.
Chryſ.in Act. hom.1. & ho. 57. in Matth.
* Rom. 8.a.
Epheſ.4.e.
Col. 3. b.

Quæ*concupiſcentia in renatis manens, non per ſe peccatum eſt, ſed ut Theologi appellant, fomes peccati, ad agonem relictus, ut baptizati hac occaſione uigilantiùs Dei gratiã quærant, uirtutes ſtudioſiùs exerceant, fortiusq; certando maiorem ſibi gloriam parent. Itaq;, ut Paulus docet, * *Nihil damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum ambulant*, quique ſecundum Pauli doctrinam & exẽplum, ueterem hominẽ exuentes, de die in diẽ

ſecundum interiorẽ hominem renouantur: id quod proprium eſt baptizatorum. 2.Co.4.d. Ro.6.a.

IIII.

Quid à nobis requirit acceptum tanti Sacramenti beneficium?

PRimùm à nobis ſummam poſtulat & aſsiduam animi gratitudinem, ut prædicemus, amemus & celebremus eum, *qui ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per Lauacrum hoc regenerationis & renouationis Spiritus ſancti: quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrum: ut iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpẽ uitæ æternæ.* Tit.3.b.

Deinde sic huius Sacramenti mysterium * rememorandum est, ut identidē se ipsum quisque admoneat præclaræ illius suæ sponsionis & Christianæ professionis, quam in sacro lauacro per † sponsores edidit. Cogitet igitur Christianus, illic se ex iræ filio & Satanæ seruo *, Dei filium Christique membrum, & cohæredem, uiuumq; templum Spiritus sancti factum esse.

* Orig. hom. 12. in Numeros.

† Aug de nup. & conc. li. 1. c. 20.

* Rom. 8. a. Gal. 4. a.d.

Ingressus es regenerationis sacrarium, inquit, * Ambrosius: repete quid interrogatus sis, recognosce quid re sponderis. Renunciasti Diabolo & operibus eius, mundo & luxuriæ eius, ac uoluptati-

* Amb. de initiandis myst. cap. 2.

bus. Memor † esto sermonis tui, & nunquam tibi excidat tuæ series cautionis. Et præclara Pauli baptizatos omnes adhortantis uox est: * *An ignoratis Fratres, quia quicunq; baptizati sumus in* CHRISTO IESV, *in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cũ illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.*

† Idem lib. 1. de Sacramentis c. 2.

* Rom. 6. a. Galat. 3. d.

DE CONFIRmationis Sacramento.

I.

Quod eſt alterum à Baptiſmo Sacramentum?



Onfirmatio, quæ Sacramentũ eſt nouæ legis æquè ſacroſanctum, ut Auguſtinus * inquit, ac ipſe Baptiſmus: quod baptizatis confertur cum impoſitione manuum Epiſcopaliũ, & ſacri Chriſmatis inunctione.

* Li. 2. contra literas Petil. c. 104.
Cõc. Eliber. c. 38. Aurel. c. 3. Lao. c. 48. Melden. c. 6. Florẽ. Cõſtan. ſeſſ. 15. Trid. ſeſſ. 7.

II.

Vnde nobis comprobatur hoc Sacramentum?

Bern. in uita Malac. epiſco.

TEstimonium habet à Diuina Scriptura secundum Patrũ & Ecclesiæ concordem sententiam atque interpretationem. Huc enim spectat, quod Lucas * Euangelista semel atq; iterum scribit de Apostolis, qui super baptizatos manus imposuerunt: hoc signo utentes uisibili Diuinitusq; instituto, per quod Christo iam initiatis noua & amplior Spiritus sancti gratia cõferretur. Quare cùm Apostoli manus illis imposuissent, acceperunt, ut Lucas de iisdem baptizatis refert, Spiritum sanctum, cum accessione scilicet ac exuberantia quadã gratiæ spiritualis.

Petrus Damianus serm. 1. de dedica. eccles. Isid. de eccles. off. lib. 2. c. 26. Raban. de institu. cler. lib. 1. c. 30. † Cypr. lib. 1. epist. 12. Aug. li. 5. cõt. Donatis. c. 19. & tract. 6. in Epistol. Ioan. * Actor. 8. c. & 19. a.

Ibidem.

Nunc uerò, ubi Apostolorum uicem Episcopi gerunt & locũ tenent, non fraudat Deus Ecclesiam suam hac tam salutari gratia; sed per eosdem Episcopos * in hoc Sacramento efficaciter operatur, ut adsit, Cypriano † teste, & ueritas signo, & Spiritus Sacramento.

* Hiero. cont. Luciferianos.

† Serm. de unctione Chrismatis.

Atque huc pertinet ueteris Ecclesiæ Canon: * Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur, quia cùm Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur.

* Vrban. Pót. & Martyr. qui anno 227. uixit: in epist. ad omnes episc.

III.

Quæ neceſſaria ſunt ad conficiendum hoc Sacramentum?

TRia præcipuè ad hoc requiruntur: Sacramenti propria materia, certa uerborum forma, & miniſter idoneus.

Materia ex oleo & * balſamo miſta eſt, quæ ab Epiſcopo conſecrata, ſacri † Chriſmatis nomen iam olim obtinuit, & in hoc Sacramẽto fronti ſolenni ritu illinitur.

Forma uerborũ hæc præſcripta eſt,* *Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

* 2.Cõc. Bracar. c. 4. Greg.in 1.ca. Cantic. Fabianus & Flor.Concil.
† Cyp. de unctione Chryſmatis.&lib. 1. epiſt. 12. Baſi'. de Spir. ſancto c. 27. Fabianus qui xit anno 241. epiſt. 2.
* Conc.Florẽ.

Minister Sacramenti huius solus est Episcopus †, ut Apostolorum exemplum, forma & traditio retineatur. Qua de re iam olim ita sanci tum accepimus *: Manus impositionis Sacramentum magna ueneratione tenendũ est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis* Apostolis legitur & scitur esse peractum.

† Actor. 8. c. Clemés epi. 4. Vrba. Melch. Damasc. ep. 4. Leo. epist. 88. Cóc. Vormat. Flor. & Trid.

* Euf. Pont. & Mar. qui uixit anno 308. epi sto. 3.

* Acto. 8. c & 19. a.

IIII.

Cur autem baptizati sacro Chrismate inunguntur?

Quia per Spiritum sanctum sic nobis Apostoli tradiderunt, sicuti* Clemens & † Dio

Basil. de Spir. sancto c. 27.

* Epi. 4.

† De Eccles.

nysius, Petri Pauliq; Apostolorũ discipuli probant. Tradiderunt autem illi quod à Domino ipso utique acceperant, de Chrismate conficiendo, ut grauis est testis * Fabianus, idem & Christi Martyr, & Pontifex Ecclesiæ.

Hierar. c. 4.

* In Epist. 2. ad orien. Episcopos.

Sacrosanctæ etiam † Synodi præceptum de hoc tale extât: Oportet baptizatos post Baptismũ sacratissimũ Chrisma percipere, & cœlestis Regni participes fieri. Rationem Cyprianus * reddit hanc, ut accepto Chrismate, id est, unctione, Christianus esse unctus Dei, & habere in se CHRISTI gratiã possit, teneatq; sanctitatem.

† Syno. Laod. can. 48.

*Li 1 Epi. 12. Et de unctione Chrismatis.

Atqui unguentũ hoc uiſibile, quo Eccleſia baptizatos ungit, ut † Auguſtinus docet, ſignificat inuiſibilis gratiæ donum, quo Spiritus ſanctus Chriſtum in primis, qui & à * Chriſmate nomen ſuum trahit, ac deinde Chriſtianos omnes interna unctione imbuit atq; confirmat. Vnde pulchrè † Tertullianus, uelut ad olei naturam alludens, ita de hoc Sacramento ſcripſit: Caro ungitur, ut anima conſecretur. Caro ſignatur, ut & anima muniatur. Caro manuum impoſitione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur.

† Lib. 15. de Trinit. c. 25.

* In ſententiis Proſperi 342. ex tract. 33. in Ioan.

† Lib. de carnis reſurrectione.

Vnde, qui ſacrũ Chriſma reijciunt, magnum

illi imperitiæ ſuæ argumentum præbēt, ut qui apertè antiquisſimā & uetuſtisſimam Apoſtolorum inſtitutionem negent, ac perpetuum Eccleſiæ uſum ac traditionem temerè damnent.

V.

Quis Sacramenti huius eſt uſus & fructus?

IN Baptiſmo * regeneramur ad uitam: poſt Baptiſmum autem in hoc Sacramento confirmamur ad pugnam. In Baptiſmo abluimur, hoc uerò poſt Baptiſmū roboramur, ut regeneratis cuſtos & conſolator, & tutor adſit Spiritus ſanctus. Hæc ſummi & Pontificis, & Martyris Melchiadis eſt do

Ioan 3.b.
* Melchiades ad Hiſpaniæ Epiſcop. uixit anno 307.

ctrina. Nec dissentit ab eo, quod Clemens † testatur, se ab Apostolis ipsis accepisse: Cùm regeneratus, inquiēs, quis fuerit per aquam, postmodū septiformis Spiritus gratia ab Episcopo confirmetur, quia aliter perfectus Christianus esse nequaquam poterit.

† Epist. 4. ad Iulium & Iulianum. uixit Apostolorum tempore.

Prodest igitur hoc Sacramentum mirificè, ut qui fidei mysteriis initiati sunt, sicut geniti * modò infantes & adhuc imbecilles, in Christo adolescant atq; corroborentur.

Dionys. de eccle. hierar. c. 4. & 1.

* 1. Petr. 2. a.

Hos ceu Christianæ militiæ tyrones Episcopus admonet in unctione, ut aduersus tot hostes & quotidiana peri-

cula Spiritu principali Psal. 50. c.
confirmentur. Consignat illis Cruce* frontem, quæ pudoris est sedes, ut constanter & intrepidè nomen Domini confiteantur: impingit & alapam, ut Christianam militiam inuictā patientia exercendā & ornandam esse sibi perpetua memoria retineant.


* Aug. in psal. 141.

Luc. 9. c. Mat. 10. d. 1. Pet. 2. d. Luc. 21. d. Matth 5 g.

DE EVCHA-
ristiæ Sacramento.

I.

Quid significat nomen Eucharistiæ?



*Dionys. Eccl. Hierar. cap. 3. Concil. Trid. sess. 13. cap. 3.

Vmmum illud * & longè sacratissimum Sacramentum, quo nihil habet Ecclesia dignius, admirabilius, efficacius, salubrius'ue, hoc uno nomine designatur.

† Orige. cont. Celsum lib. 8.

Chrys. hom.

Et rectè quidem Eucharistia, tanquam bona † gratia, seu gratiarum actio dicta est, quia præcipuum & maximũ * Dei donum, ipsumq;

omnis gratiæ fontem & autorem continet: summorumq; nos bonorum admonet, pro quibus acceptis gratiarum actionem, laudem & gloriã summam Deo summo debemus. Maius enim beneficium optare non potuissemus, quã quod Christus Iesus Dominus noster de Virgine natus, cruci affixus, & in gloriam assumptus, se nobis totum ita largiatur, ut etiã nunc corpus eius sanguinemque uerè sumamus, illiq; per hoc Diuinum Sacramẽtum prorsus * incorporemur.

60. ad pop. & 83. in Matth.

*Cyrillus lib. 10. in Io. c. 13. Et Hilarius de Trinit. li. 8. Cyrillus Hierosol. catech. 4. mysta.

II.

Quæ in hoc Sacramento præcipuè continentur?

TRia continet Eucharistia; species uisibiles, ueritatem * corporis & sanguinis Dominici, & spiritualis gratiæ uirtutem. Quod enim oculis nostris apparet *, species sunt uisibiles, panis uidelicet ac uini. Quod autem sub speciebus iisdem Fides nostra †, non sensus aut ratio comprehendit, id uerum Corpus * & Sanguis est Christi Saluatoris.

Cæterùm quod participatione Sacramẽti huius consequimur, * eximia quædam est Spiritus sancti gratia, fructus nimirum & effectus, ut ostendemus, salutaris Eucharistiæ.

* Matth. 26. c. Luc. 22. b. Mar. 14. c.

* Amb. lib. 4. de Sacram. c. 4. & li. 6. ca. 1.

† Damasc. li. 4. cap. 14.

* Matt. 26.

* Aug. tract. in Ioan. 26.

III.

Quæ sunt præcipua de hoc Sacramento capita scitu necessaria?

EA quinque potissimum sese offerunt: Primum de ueritate Eucharistiæ. Alterum de panis & uini trãsubstantiatione. Tertiũ de adoratione eius. Quartum de eiusdem oblatione & Sacrificio. Postremum de sumptione ipsius sub altera uel utraque specie. De his enim præcipuè hac quidem tempestate scire, magnum est operæpretium.

IIII.

*Quid igitur de ueritate Eucharistiæ sentiendum?**

* Patrum testimonia extant apud Rof

ſenſem li. 4. aduerſus Oecolam. Item apud Tonſtallum, Gropperum & Garetium.
† Ioan. 6. f. & ibidē Cyrill. Conc. Epheſinum. Lateran. ca. 1. Cōſtan. ſeſſ. 8. Trid. ſeſſ. 13.

ID planè, ut cum tota Eccleſia cōtra omnes Capharnaitas † certò credamus, ſub ſpeciebus panis & uini ueram Ieſu Chriſti Carnem, ac uerum eius ſanguinem in Euchariſtia exhiberi, miniſterio quidem Sacerdotis, uirtute autem ac potentia Domini nōſtri Ieſu Chriſti, apud quem impoſſibile non † eſt omne uerbum. * *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.*

† Lucæ 1. d.
* Pſal. 148. a.

Dixit autem in cœna illa pridie quàm† pateretur, inſtructa, cùm panem primùm, ac dein de calicē ſuis manibus apprehendiſſet, cúmq; de huius Sacramenti tū inſtitutiōne, tum ueri-

† Amb. lib. 4. de Sacram. c. 5 Lucæ 22. b.

tate certos omnes reddere uellet, dixit inquã planisſimè. * *Hoc eſt Corpus meum, quod pro nobis datur.* Dixit, *Hic eſt Sanguis meus, qui pro multis effundetur.* De qua inſtitutione dixit & anteà, * *Caro mea uerè eſt cibus, & Sanguis meus uerè eſt potus.* Dixit, *Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita.*

† Matt. 26. c. Iuſtin. Apol. 2. Iren lib. 4 ca. 32. & 34.

Ioan. 6. f. Vide Hilar. 8. de Trinit.

Nec obſcura ſunt alia tum Euangeliſtarum *, tum Apoſtoli Pauli teſtimonia, quæ nobis hanc fidẽ euidenter adſtruũt, ne quis dubitare poſſit, Chriſtum in Euchariſtia totum ſecundũ Di-

* Marci 14. c. Lucæ 22. b. 1. Cor. 10. d. 11. e.

uinam humanamq; naturam existere, & nobiscum manere usque ad * seculi consummationem.

* Matt. 28. d.

Igitur eandem planè Christi carnem in templis habemus & sumimus, quæ olim in Palæstina coràm * cernebatur: sed ea nec sensibus hîc patet, nec transmutationi & corruptioni est obnoxia: utpote inuisibilis, impassibilis, immortalis, summa & diuina resplendens gloria, quam solis fidei oculis licet hoc tempore intueri: Beati autem in cœlis clarè perspiciunt incredibili cum uoluptate.

* Aug. in ps. 33
Prosper. de pmis. & pdict. p. 2. c. 25.
Chrys. hom. 2. in post. ad Timoth.
Presbyteri Achaiæ in hist. S. Andreæ.

Et sunt adhuc Sacramentarij (ô horrendam

sæpeq;

ſæpeq́; † damnatam impietatem) qui adorandū hoc magis, quàm inueſtigandum myſteriū dum ſenſu ſuo aſſequi non poſſunt, etiã negare audent, Euangelij uerba quamuis luculenta mirè deprauãtes. Quod nihil eſt aliud ſanè, quã uelut è mundo ſolẽ tollere, ſummoq́; ſponſi theſauro ſponſam Eccleſiam ſpoliare, & panem uitæ fidelibus eripere: ne ſit demū, unde exules illi in hoc mundi deſerto paſcantur atque ſuſtententur.

† 2. Syno. Nic. act. 6. tom. 3. Turon. ſub Victore 2. Roman. ſub Nicolao. 2. Rom. ſub Gregor. 9. Conſtan. ſeſſ. 8. in artic. 3. Ioã Vuicleff. Trident. ſeſſ. 13. can. 1.

V

Quid uerò de Tranſubſtantiatione?

HIC duo in primis animaduertẽda,

eaq; apertè profitenda ſunt: alterum, ſacerdotem * qui conficiat Eucharistiam, legitimè ordinatum eſſe oportere: alterum, tantam ineſſe uim in † uerbis illis arcanis & conſecratorijs, quibus idem ſacerdos Christi uice panem & uinum in altari conſecrat, ut panis quidem in Corpus, uinum autem in Sanguinem Domini ſubitò * tranſmutetur.

* Conc. Late. can. 1. Chryſo. lib. 3. de ſacerd.

† Iuſtin. apo. 2 Chryſoſt. de prodit. Iudæ. Vide Beſſarionē hac de re.

Verè ſtupenda, ſolaq; fide metienda tranſmutatio, quæ omnipotente Christi uirtute per ea ipſa uerba operante fit: nec immeritò Tranſubſtantiatio tum à † Synodis, tum à Patribus appellata eſt, quòd panis uiniq; ſubſtantia in Cor

* Euſ. Emiſe. hom. 5. de paſch. Cypr. ſerm. de Cœna Domi. Cyrill. Hier. cath 4. myſta. Cyrill. Alex. ad Caloſyr. Ambr. l. 5. de ſacr. c. 4. Chryſoſt. in Mat. ho. 83. & de Enceniis.

pus Sanguinemq; CHRISTI certò conuertatur.

Si enim ualuit tantũ sermo Eliæ, ut ignem de cœlo deuocaret, non ualebit Christi sermo (sic enim colligit * Ambrosius) ut species mutet elemẽtorum? De totius mundi operibus legisti, Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod nõ erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare, quod non erãt? Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. Atqui Christi sermone nihil apertius, dum ait, * *Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis meus:*

Damas. lib. 4. c. 14.
† Conc. Rom. sub Grego. 7. Lateran. ca. 1. Cõstan. sess. 8. Trid. sess. 13.

* Ambr. de iis qui myst. init. c. 9. & 5. Et li. 4. de sacr. c. 4.

* Matt. 26. c. Marci 14. c. &

omnes gentes seruient ei. Tum alibi diuinus Propheta, cũ hoc Sacramẽtum, eiusq́ue magnitudinem contemplatur, non sat habet dicere, * *Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum:* Sed hoc etiam addit: *Adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gentium*. Item, *Manducauerunt & adorauerũt omnes pingues terræ*.

* Psal. 21. f. Vide ibidem Augu. expos. prima.

Laudantur sanè* Magi similesq́ue nonnulli apud Euangelistas, ꝙ Christo adhuc in carne mortali honores Diuinos exhibuerint, corã eo procidentes, eumq́; adorantes. Atqui nobis idem nunc est Christus in Eucharistia: non * mortalis, sed immorta

* Matt. 2. b. Ioan. 9. g. Matt. 14. d. 9. c. & 28. d. Lucę ultim. g.

* Roman. 6. b. Psalm. 94. a.

lis, omni gloria & uirtute prorſus admirabilis. Quam nos fidem religioſo † corporis animique cultu iure teſtamur, dũ Chriſtianæ humilitatis & debitæ gratitudinis officium corã tremenda illa ſemperq; reuerenda Dei Maieſtate uenerabũdi ac ſupplices exhibemus.

† Chry. hom. 24. in 1. Cor. & 61. ad pop. Item. lib. 6. de Sacerd. Naz. in Gorgoniam. Greg. 4. dial. c. 58.

VII.

Quid porrò de Altaris Sacrificio credendum eſt?

ID. proculdubiò, inſtitutam eſſe Euchariſtiam non in eum usũ tantùm, ut à Chriſtianis uelut alimentũ ſalutare ſumatur: unde cibus, potus, uiuus ac uitæ panis dicitur: ſed etiã ut tanquam ſummũ & propriũ

noui Teſtamenti ſacrificiū * offeratur: ut hinc iam olim nomen acceperit hoſtiæ, ſacrificij, uictimæ, oblationis, holocauſti.

*Dionyſ. eccl. hiera. c. 3. & epi. 8. Ignat. ad Smyrn. Iuſtin. in dia. cum Tryph. & apol. 2.

Offertur autem in iugem paſſionis Domini cæ memoriam & gratiarum actionem, atq; ut credētibus proſit ad † huius & futuræ uitæ mala depellēda, bonaq; impetranda: neq; ſolùm uiuis, ſed etiam defunctis proſit in remiſſionem peccatorum, ſicut è ſcriptura Diuina & traditione * Apoſtolica grauiſſimi Patres aſſeuerant.

Aug. epiſt. 23. & 20. contra Fau. c. 21.

† Iacobus, Baſilius & Chry. in liturgiis. Aug. 22. de ciuita. c. 8. Chryſ. 77. in Ioan. & 18. in Act. Apoſtol. Greg. 4. dial. c. 57. Beda 4 Angl. hiſt. c. 22.

*Clemēs ep. 3 Iren. li. 4. c. 32 Chry hom. 3. ad Philip.

Hoc eſt eximium illud & incomparabile ſacrificium, quod Chriſtus in extrema cœna

sub panis & uini specie †instituens, suis Apostolis, ut primis noui Testamenti sacerdotibus, horumque successoribus, ut offerrent, his uerbis demandauit: * *Hoc facite in meam commemorationem.*

†Ire.li.4.c.32 Euf.li.1.c.10. demõst.euãg. Cyp.l.2.ep.3. Aug.10.de ciuit.c.20.

*Lucæ 22.

Hæc est oblatio, quæ per uarias sacrificiorũ naturæ † & legis tempore similitudines* figurabatur, utpote quæ bona omnia per illa tum significata, uelut illorum omniũ consummatio & perfectio, complectitur.

† Gene. 4. & 14. d. Exod. 12. *Aug.lib.10. de ciuit. cap. 20.& li.6.cõt. Faust.c.5.

Hoc illud est iuge sacrificium, quod non nisi ad finem mundi † abolendum, Daniel * testatur.

†Hypol.de cõsum.mundi. Chrysost. 49. operis imper. * Dan.12.d.

Ad hoc spectat Sacerdotium † secundum or

†Psal. 109. b.

dinem † Melchisedech, quod etiam Dauid in Christo futurum & permansurum prædicat.

Hæc oblatio munda, quam nulla uel indignitas, uel malitia offerentium inquinare possit: quæ Iudaicæ legis * Sacrifiicijs quamplurimis unicè † succedens, apud Gentes in omni loco, id est, toto * orbe terrarum ad celebrandum Dei & Redemptoris nostri nomen offertur atq; sacrificatur, ut apud Malachiam legimus.

Hæc est missæ oblatio, Sacrificium, Liturgia, cui testimonium omni exceptione maius præbēt Canones & Traditiones † Apostolorū,

Heb.7. a. Gen.14.d. † Cypr.lib. 2. epist. 3. Eus. 5. de demonstrat.c. 3. Hiero.ad Marcellam.&ad Euagriū tom.3. Augu.in psal. 33.conc. 2. Epiph. hæresi 55. Dama. lib. 4. c. 14. * Num.2. † Aug. 17. de ciuit.c.20. * Malac. 1. c. Vide Martial. ad Burdeg. c. 3. Iustin. in dial.cū Triph. Iren.li.4.c.32 33. & 34. Chrysost. in psalm. 49. Aug.19. de ciuit.c. 23. & l. 18.c.35. †Can. 3. & 9. Apostol.

sanctæ † Synodi, magnus consensus & usus perpetuus totius Ecclesiæ Græcæ * & Latinæ, Orientalis & Occidentalis.

Quod Missæ † Sacrificium, si rem omnẽ æquè perpẽdimus, est reuerà Dominicæ passionis & illius cruenti Sacrificij, quod in cruce pro nobis est oblatum, sancta quædam & uiua repræsentatio, atq; simul incruenta & efficax oblatio.

Ex qua fit primùm, ut memoria, fides & gratitudo nostra in Redemptorem ipsum uiuida quotidie excitetur confirmeturque secundum illud, * *Hoc facite in mei commemorationem*. Quo

†Nic. 1. ca. 14. Laod. ca. 19. & 58. Ephes. in epi. ad Nestor. & cæt. Trid. sess. 22.
* Vide liturgiam Iacob Basi. Chrysost. Ambros. Greg. &c.
† Missæ nomẽ Clemens habet epist. 3. Alex. 1. epi. 1. Telesph. Damasus. Sixtus 1. Soter epist. 2. Fabia. ep. 3. Ambr. epist. 29. & 33. Aug. ser. 237. de temp.
* Lucæ 22. b. 1. Cor. 11. e.

rum uerborum Ecclesia tam sedula interpres fuit, ut omnem incruenti huius Sacrificij externum ornatum*; uestes sacras, uasa, ritus, actiones que omnes ita instituerit, ut ob oculos circunstantium nihil aliud, quàm cōmemoratio illa sancta obuersetur, tantique sacrificij maiestas magis commendetur, ac mentes fidelium his tum signis, tum adminiculis exterioribus ad meditationem rerum diuinarum, quæ in hoc sacrificio latent, facilius sustollantur, & ueluti manu ducantur.

* De cæremoniis Missæ. Diony. de ecclesi. hier. c. 3. Isidorus. Remig. Tuitien. Concil. Trid. Hier. ad Theophy. ante libros eius Paschales.

Hinc fit etiã, ut oblationis CHRISTI in cruce factæ & Redemptio-

nis, fructus nobis, atq; credentibus itidem omnibus, tam † defunctis, quàm uiuis, applicetur. Quare Cyprianus * hoc Sacramētum ad sanandas infirmitates & purgandas iniquitates tum medicamentum, tū holocaustum esse testatur. Martialis † uerò Apostoli Petri discipulus, ita scribit: Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes se nomen eius à terra abolere, id causa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis uitam præstandam, & mortem effugiendam. Omittimus interim eiusdem fidei ac sententiæ testes Pa-

† Cypr. lib. 1. epi. 9. Chrys. 69. ad pop. Damasc. orat. de defunctis. Aug. de cura. cap. 1. & ser. 34. de uerb. Apost. Item lib. 9. confess. c. 11. 12. & 13. Epiph. contra Aërium hæresi 75.

* Sermo. de Cœna Dom.

† Ad Burdegalens. c. 3. Vide Hieron. in cap. 1. ad Titum. Ambr. 1. offi. ca. 48. & in Psal. 38.

tres alios, ut instituta nobis breuitas retineatur.

Ex quibus liquidò constat, Christum dici & esse nobis Sacrificium duplici modo, cruento uidelicet ac * incruēto. Nam in cruce cruentum ille Sacrificiū pro nobis obtulit * sese, ut typo Paschalis agni, qui apud Iudæos immolabatur, uerus ipse agnus sine macula, id est, figuræ ueritas responderet. In cœna uerò †, sicut & in altari, modo cultuq; incruento, quemadmodum & Cyrillus * uocat, idem offerri uoluit, ut oblatio Melchisedech†, qui panem uinumq; obtulit, consummationem suam accipe

*Conc. Ephe. in ep. ad Nes. Augu. contra Faust. lib. 20. ca. 21.

* Ephes. 5. a. Hebr. 10. c. Exodi 12. a. b.

† Euseb. li. 1. demon. euāg. ca. 10. Naz. orat. 2. in Iulian. & ad Episcopos. Item ad Constanti. sacerd.

* Epist. 10. ad Nesto. & ad Euoptiū in interp. anath. 11

ret, maneretq; uerus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ac eius sacerdotium esset in æternum, nullo unquam alio succedente.

† Gen. 14. d. Hebræor. 7. a. Hiero. in c. 26 Matth.

Illic semel* & uno dũtaxat in loco Iudææ peregit Sacrificium, de quo Paulus Hebræis scribẽs disserit: hîc * uerò sæpius & omni in loco, nẽpe per omnem passim Ecclesiam sacrificatur, ut Malachias † Propheta confirmat. Illic in mortem offertur, hic in mortis illius ingem uiuamq; recordationem, & salutiferam eius, quæ inde uelut à capite ad membra dimanat, participationem, ut nimirũ illius in cruce oblati sacrificij fructus ac effi-

* Hebr. 9. g. 10. c.

* Chry. hom. 17. in epist. ad Hebr. Aug. epist. 23. Theophil. in cap. 5. 7. & 10. ad Hebr. Itẽ Oec. & Photius.

† Malach. 1. c.

ciẽtia hoc Miſſæ ſacrificio quotidiè nobis exhibeatur atq; applicetur.

VIII.

Eſt'ne ſub altera tantũ, panis ſcilicet, an uerò ſub utraq; panis ac uini ſpecie, ſumenda Eucharistia?

DE Sacerdotibus quidem ſeu Sacrificantibus conſtat, ambas Sacramenti ſpecies illis eſſe ſumendas, ſine quibus neq; ritè conſecrare, neque offerre poſſent unquam Euchariſtiam. Cuius rei cauſam ex Sacrificio ipſo pendentem reddere, hîc iã neceſſe non eſt. Conci. Tolet. 12. can. 5.

De alijs uerò fidelibus non ſacrificantibus

illud fatendum est, nullo eos Diuino præcepto ad Eucharistiæ Sacramētum sub specie utraque sumendum astringi, sed ad salutem illis esse satis, alterius speciei cōmunionem. Igitur si ueteris Ecclesiæ statū repetimus*, nunc unā tantùm, nunc utranque speciem fidelibus dispensatam fuisse comperiemus. Si uerò scripturam sacram consulimus*, sic illa de hoc Sacramento differit, ut modò panis & calicis, modò solius quidē panis soleat meminisse. Vbi enim legimus,* *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis*; legi-

* Tertull. li. 2. ad uxor. Cyprian. ser. 5. de lapsis. Orig. hom. 13 in Exo. Basil. ad Cæsa. pa. Hieron. apol. pro lib. contr. Iouin.

* 1. Cor. 10. d. & 11. e. Act. 2. g. 20. b.

* Ioan. 6. f.

mus etiam: *Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum.* Et qui dixit: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam*: dixit etiam: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita.* Et rursus idem qui affirmauit: *Qui manducat meã carnẽ, & bibit meum sanguinẽ, in me manet, & ego in illo*: affirmauit & illud: *Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum*: ut omittamus quæ* Lucas de fractione solùm panis adducit.

Ibidem.

Ibidem.

* Actor.2.g.

Neque Christi nobis hic deest exemplum, qui primùm in extrema illa cœna * sub utraque specie hoc instituit, ac Apostolis tradidit Sa

* Matth.26.c.

cramentum. Deinde uerò in Emaus cum duobus discipulis agens, sub una solùm specie † porrexit illis Eucharistiam, ac posteà statim illinc sese subduxit, sicut Euangelicum hunc locum Patres interpretantur.

† Lucæ 24. c. & ibid. Theophi. & Beda. Chry. in Mat. operis imper. homil. 17. & Aug. lib. 3. de consensu Euang. c. 25.

Proinde damnãdi nõ sunt, siue qui nunc unica contenti specie, ab usu calicis abstinent, & multis ab hinc seculis* abstinuisse leguntur, siue qui olim cùm ita probaret Ecclesia, utranque speciem in usu publico habuêre.

* Eus. lib. 6. eccle. hist. c. 34. Aug. hom. 26. ex homiliis 50. & ser. 252. de temp. Amb. in Satyrum. Paulinus in uita S. Ambr. Amphiloch. in uita Basilij. Beda Angl. histo. lib. 4. c. 14. & 24.

Verùm magister rerum usu paulatim docuit, maiore cũ populi commoditate, ac minore periculo, multisq; de

causis frugiferè fierì, ut omisso calicis usu, alterius tantùm speciei cõmunio retineatur. Atq; ita faciendum iamdiu decernit Ecclesia, non discedens illa quidem à Spõsi sui instituto præceptoúe (colũna enim * & firmamentum ueritatis est, & mysteriorũ Dei fida dispensatrix) sed potestatem à Sponso acceptam in dispensandis mysterijs ad ædificationem cõmunemq; fidelium utilitatem conuertens, prout temporũ hominumq; conditio, quæ nonnulla etiam in sacris immutari cogit, postulare uidetur.

Theodore. in Philotheo de Basso archipi.

* 1. Tim. 3. d. Cypr. de simplici. platorũ.

Nam & Euangelij nobis uerba * declarant, Christum in cœna cum

*Matth. 26. c. Marci 14. c. Lucæ 22. b.

illis egisse, quibus potestatem fecit non sumendæ modò, sed etiã consecrandæ offerendæq; Eucharistiæ. imò † & ordinandæ & administrandæ totius Ecclesiæ. Horum iudicio, prudentiæ & authoritati reliquit, cùm de alijs plerisque ad rem Christianam spectantibus, tum de modo ordineq; dispẽsandæ fidelibus Eucharistiæ, ius in posterum constituendi, atq; pro ratione temporũ ritè disponendi. Id probat etiam ex Paulo* Augustinus † & multis Apostolorum institutis euinci facilè potest.

† Actor. 20. 1. Pet. 5. a. Lucæ 10. c. Ephes. 4. c.

* 1. Cor. 11. g. † Ad Ianuar. epist. 118. c. 6.

Nec est cur Laicis iniuria irrogari ulla putetur, si ut in plerisq; iti

dem * alijs, hac in parte nō æquantur sacerdotibus. Nam in confesso est, Christū non esse dissectū in partes duas secundū duo Sacramenti huius signa, sed tam sub una, quàm sub utraque specie, immò sub unius etiam hostiæ consecratæ † particula, Christum totum exhiberi atque sumi, uidelicet secundum carnem, animam, sanguinem, diuinitatem. Vbi autem Christus totus ac integer sumitur, illic deesse non potest integer quoque fructus & efficax gratia tanti Sacramenti. Quapropter nulla hîc laici utilitate fraudantur, siue rem ipsam in Sacramento contentam, Chri

* Matth 18.c. Ioan. 20. f. 1. Tim. 3. a. b. c. & 4. d. Titum 1. b.

† Cyril. in epi. ad Calosyriū. Conc. Floren. Eusebi. Emisenus ho. 5. de pasch. Trid. sess. 13. cap. 3. Et de Cons. dist. 2. ca. qui maudu cat, &c. Sing.

ſtum ſcilicet Deum & hominem ſpectes, ſiue fructum & gratiã, quæ Euchariſtiam ſumentibus, ad animarum ſalutem donatur, quæras: ſed tantum hi ſub altera accipiunt, quantum ſub utraq; ſi liceret, ſpecie eſſent percepturi.

*Aug. ad Ianuar. epiſt. 118. cap. 5.

Qua de re ambigendi* uel diſceptandi amplius nullus iã relictus eſt locus, poſteaquam Spiritus ſanctus, qui iuxta promiſſionem Chriſti docet, ac regit Eccleſiam, certam nobis & explicatam ſententiam edidit, editamque ſemel ac iterum ſacroſanctæ † Synodi non uiolanda authoritate confirmauit. Vnde perſpicuè colligi poteſt, hanc

Ioan. 14. d. & 16. c. Luc. 22. c.

* Synod. Conſtant. ſeſſ. 13. Baſilié. ſeſſ. 30 Tride. ſeſſ. 21.

ſub altera ſpecie communicãdi cõſuetudinẽ præcepto diuino haud aduerſari, Eccleſiæ uerò legitima authoritate fulciri, temporis longæuitate magnoq; populorum fidelium conſenſu cõprobari, ratione ac utilitate certa cõmendari: ac demũ pro lege, quam ſola mutare poſſit Eccleſia, certò habendam eſſe. Sed nec aduerſarij, quantũuis hic obſtrepant, eiuſmodi in cõmunicando ritus initium ullum poſſunt demonſtrare.

Vt mirum ſit adhuc reperiri qui priuatæ pietatis ſpecie ducti, aliter ſibi perſuadeant, & hac in parte cum nouis Eccleſiæ contemptoribus* *1.Tim.3.d.

Matth. 18. c. aduersus uenerandam
* Aug.contra Crescon. lib. 1.cap. 33. totius Ecclesiæ* autho-
ritatem conspirent. His
uerendum est sanè, ne
dum externa Sacramen
ti signa tantoperè ur-
gent,& contentioni ser-
uiunt, Sacramenti fru-
ctum internum, adeoq;
Christum totum amit-
tant, ut ab omni usu Sa
cramenti præstet eos pe
nitus abstinere. Quan-
* Aug.de uni. eccles.c. 4. doquidem neque * Fi-
des, neque Sacramenta
ullis, nisi persistentibus
in Ecclesiæ unitate,sunt
salutaria. Vt hinc Au-
†Li.3.cōt.lite. Petilia.c.4. gustinus † dixerit, Om-
nia Sacramenta Christi
non ad salutem, sed ad
iudicium habentur sine
charitate unitatis. Ac
*Et de baptis. cōt. Donatist. lib.1.c.8. iterum, * Quid prodest
homini uel sana fides,
uel

uel ſanum fortaſsè fidei Sacramentum, ubi lethali uulnere Schiſmatis perempta eſt ſanitas charitatis? Nec dubiū ſanè, quin grauiter in Chriſtum ipſum peccent, qui hoc unitatis ſanctiſſimo *ſymbolo ad ſchiſmaticæ diuiſionis ſymbolum audent abuti.

* Aug. 21. de ciuit. c. 25.

IX.

Quem fructum exhibet ritè ſumpta Eucharistia?

PLurimum ſanè maximumq́ue præbet. Hoc enim ſacrum eſt cō uiuiū, in quo Christus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens† impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur: ut præclare horum fructuum ſen

† Ambr. in pſ. 118. ſerm. 15. uerſ. 4.

ſu experientiaque excitata decantat Eccleſia: Hic eſt*panis, qui de cœlo deſcẽdit, & dat uitam mundo, noſtroſque animos in uita ſpirituali ſuſtentat atq; confirmat.

*Ioan.6.e.f.& ibidem Theophil. ac Cyril.

Hæc ſacra ſynaxis ſiue communio, * quæ fideles tanquam eiuſdẽ corporis membra inter ſe iungi, ac ſanctorum piorumq; omnium meritis aſſociari ſignificat atque præſtat: tũ quod auguſtius eſt, eoſdem capiti ſuo CHRISTO† arctisſimè unit, ut in eo illi* maneant; & ipſe in illis, atque ita uitam æternam conſequantur.

* 1,Cor.10.d.

† Hilar.lib. 8. de Trinit. Leo ſer.14.de paſſ.Domini. Cyrill. 11. in Ioan.c.26.

* Ioan.6.f.

Hoc eſt uiaticum * noſtræ peregrinationis, quod in huius uitæ de-

* 1. Nicæn. concil.can.12 Chryſ. 6. de Sacer.

ſerto militiaq; uerſanti bus, & hinc ad cœleſtē Hieruſalem contenden tibus, ueluti Manna * Patribus datum, affert conſolationem, delecta tionem, uirtutem & gratiam longè efficaciſſimam.

* Exod. 16. c. d Deut. 8. a. Sapient. 16. c. Ioan. 6. f. 3

Ac duo quidem Sacramentũ illud, ut egregiè docet † Bernardus, operatur in nobis, ut & ſenſum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omninò conſenſum. Quare ſi quis ueſtrum inquit, nõ tam ſæpè modò, nõ tam acerbos ſentit iracũdiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam uirtus

† Serm. de cœna Domini.

Sacramenti operatur in eo, & gaudeat quod pessimũ ulcus accedat ad sanitatem. Et idem alibi: Hoc corpus Christi ægris medicina, peregrinantibus uia: quod debiles confortat, ualentes delectat, languorẽ sanat. Per hoc homo mansuetior efficitur ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem deuotior. præclarè igitur magnus ille Ignatius hortatur: Festinate frequenter * accedere ad Eucharistiam & gloriã Dei. Quando enim assiduè hoc ipsum agitur, expelluntur potestates

Epist. ad Eph.
* Vide Basiliũ ad Cæsaream pat.

Satanæ, qui actus suos cõuertit in sagittas ignitas ad peccatum. Medicamentum est panis ille immortalitatis, antidotum non moriendi, sed uiuẽdi per Iesum Christum in Deo.

X.

Quæ'nam ad Eucharistiam dignè sumendam, eiusq; fructus consequendos, requiruntur?

EXpedita est Apostoli respõsio: *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat*: quemadmodũ & Augustinus * dixit: In Christi corpore uita nostra consistit: mutet ergo uitam qui uult accipere uitam.

1. Corin. 11. f.

* Serm. 1. de aduentu Domini.

Hæc autem probatio sui, & uitæ mutatio in

quatuor potiſſimum re bus uerſatur, uidelicet, ut adſit fides, pœnitententia, mentis attentio, & Chriſtiani hominis habitus decens.

Fides hoc poſtulat, ne† de his quæ diximus, alijsq́; ſimilibus ad hoc myſterium pertinentibus, quicquam dubites. Id fiet, ſi ſimpliciter quidem in fide atque ſententia Eccleſiæ *, ut eſt ſanè neceſſarium, per omnia acquieſcas.

† Baſil. quę. 172. compen. explicata.

* 1. Tim. 3. d.

Pœnitentia†, de qua mox plura dicemus, peccatorum deteſtationem & explicatam coram Sacerdote confeſſionem, impetratamque abſolutionem exigit.

† Baſi. lib. 1. de baptiſ. c. 3. & lib. 2. quæſt. 3. Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 7.

Animus deinde præſens accedat opus eſt,

qui ſeſe per meditationes & precationes * pias ad hoc tantum Sacramentum ſeriò conuertat.

*Ambr. in oratione ante Miſſam.

Poſtremò decens habitus & compoſitio poſtulat, ad ſacram Synaxim neminem, niſi † caſtum, * ieiunum, modeſtum, humilem, ſupplicem †, minimeq́ue ſordidũ accedere oportere.

† Augu. ſer. 2. de aduentu, & 252. de tẽpo.
* Aug. ad Ianua. epiſto. 118. c. 6.
† Orig. hom. 6. in diuerſ.

Qui uerò ſacram Euchariſtiam indignè ſumunt, non uitam ſed iudicium ſibi ſumũt, & * rei ſunt Corporis & Sanguinis Domini, Apoſtolo teſte: cum Iuda igitur & Iudæis ſanguinarijs Chriſti hoſtibus grauiſſimè condemnandi.

* 1. Cor. 11. g.

DE POENItentiæ Sacramento.

I.

Quid est Pœnitentiæ Sacramentum?



Sт in quo Sacerdotalis absolutio à peccatis, quæ detestatus riteque confessus quis fuerit, impenditur.

Quam absoluēdi potestatem ut in Ecclesia certam haberemus, Diuina promissio Sacerdotibus facta hæc fuit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quo*

Ioan. 20. f.

rum retinueritis, retenta ſunt. Tum alio in loco, *Amen dico uobis*, inquit Dominus, *quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo.* Matth. 18. c.

Ex quibus liquidò cernitur, præſtantem & conſolationis plenã Sacramenti huius efficaciam eſſe, ut quo remittantur quæcunque peccata fœdiſſimè perpetrata, & ſoluantur indiſcriminatim, qui corã Deo reas habent conſcientias: idq; Sacerdotũ miniſterio ex diuina Chriſti inſtitutione. Quarè Sacerdotum poteſtas & autoritas nunc longè quàm olim, eſt excellen

tior plurisq; facienda, ut quibus non corporis lepram, uerùm animæ sordes non dico purgatas probare, sed purgare prorsus cõcessum est, * Chrysostomo teste. Et Augustinus†: Quid facit Ecclesia, inquit, cui dictum est, quæ solueritis, soluta erũt? nisi quod ait Dominus ad discipulos: * *soluite illum, & sinite abire.*

* Chrys. lib. 3. de Sacerdot.
† Aug. de uerbis Domini. ser. 8. Vide ẽt ser. 44. & in Ioan. tract. 49. item hom. 27. ex 50.
* Ioan. 11. f.

II.

Cur opus est Pœnitentiæ Sacramento?

Ambr. lib. de pœnit. 1. & 2.

VT homo post Baptismũ relapsus, & inimicus Dei factus, per hoc Sacramentum remissione peccatorum accepta, Deo reconcilietur, & ex mortuo ui-

uus, ex impioque iustus efficiatur.

Vnde Patres † pœnitentiam non temerè secundam post naufragiũ Tabulam uocant, qua scilicet ex uortice mortalis peccati, tanquam è naufragio subuchi, & in gratiam amicitiamque Dei transferri unusquisque possit, quantumlibet multis magnisq; criminibus prægrauatus.

† Ter. de pœn. Pacianus ep. 1 & 2. ad Sēpr. Hiero. in c. 3. Esaię & ad Demetri ad. de ser. uirg. Ezech. 18. g. & 33. c.

III.

Quando hoc Sacramentum ritè accipitur, & efficaciter operatur?

CVM is qui remissionem peccatorũ implorat, tres illas partes seu actiones adhibet, Contritionem, Confessionem & Satisfactio

Conc Floren. & Trid. ses. 14.

nem: quæ totam hominis ad Deum conuersionem, pœnitentis officiū & renouationem complectuntur. De quibus ita Chrysostomus*: Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libēter ferre: in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hanc esse frugiferam pœnitentiā Chrysostomus asserit, ut quibus modis Deum offendimus, offendimus autē corde, ore ac opere, ijsdem recōciliemur Deo, corde quidem per Contritionem, ore per cōfessionem, ac opere per Satisfactionem.

*Hom. de pœnitentia.

Ad contritionē pertinet illud, * *Sacrificiū Deo Spiritus contribulatus: cor*

*Psalm. 50. d.

contritum & humiliatum Deus non despicies.

Cōfessionem his uerbis Lucas indicat: **Multi credentium ueniebāt confitētes et annunciātes actus suos.* Et * Iacobus Apostolus docet: *Cōfitemini alterutrū peccata uestra.*

* Actor. 19. d. Num. 5. a.

* Iacobi 5. d. & ibidē Beda.

Ad Satisfactionē porrò spectāt, digni*pœnitentiæ fructus, quos Ioānes Baptista postulat, inter quos & Eleemosynæ. De his autē Daniel Propheta: * *Peccata tua,* inquit, *Eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionē, ait Ambrosius†. Atque eò referendum etiam, quod Paulus ait de Corinthijs deploran-

† Mat. 3. b. Lucæ 3. b. Act. 26. f.

*Daniel. 4. e.

† Ambr. ad uirg. lapsam cap. 8.

2. Cor. 12. g.

dis, quandoquidem ſuper immundicia, fornicationem & impudicitia quam geſſerant, pœnitentiam necdum egiſſent.

IIII.

Quid eſt Contritio?

EST animi dolor, & quæ de peccatis propter DEVM offenſum concipitur deteſtatio, cum propoſito uitæ in melius cõmutandæ coniuncta.

Aug. hom. 50. ex 50. c. 15. Chryſ. in pſal. 50. & de compun. cord. li 2. Baſil. in pſ. 33.

Hæc contritio paratur, ſi quis peccatorum ſuorum fœditatem, magnitudinem ac multitudinẽ ſeduló intueatur: ſi de ſumma bonitate offenſa, de Dei gratia, cæteriſq; donis amiſſis ſolicitè cogitet: ſi mor-

tis incertæ ineluctabilẽ * necessitatem, futuri iudicij horrendam seueritatem, ac paratas etiam peccatoribus pœnas sempiternas expendat atque pertimescat. * Hebr. 9. g. Sophon. 1. d. Matt. 25. d. Marci 9. f.

Huc pertinet illud Ezechiæ, * *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Et illud Dauidis, * *A iudicijs tuis timui.* Et quod idem gemens orat, *Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.* Nec multò pòst: *Iniquitatem meã annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* * Esaiæ 38. c. * Psal. 118. d. Psal. 37. b. Ibidem d.

Quin & manifesta Dei uox est ad peccatorem: * *Charitatem tuã primam reliquisti: memor esto itaque unde excideris, &* * Apoc. 2. b.

age pœnitentiam. Sed & Christus in Euangelio, * *Timete eum*, inquit, *qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehẽnam: ita dico uobis, hunc timete*. Iam uerò contritionis hic dolor ita demum ad remisſionẽ peccatorum nos præparat, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, uotoque præſtandi ea, quæ ad Pœnitentiæ Sacramentum ſpectant, coniungatur.

* Luc. 12. a. Matth. 10. d.

V.

Eſt'ne Confeſſio neceſſaria?

EST utique, non ſolùm autem, ut quidem falsò autumãt, interior illa, quæ coram Deo * quotidie facienda eſt Dauidis exẽplo,

† Chryſ. hom. 42. in Matth.

qui ait, * *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiã meam Domino* : uerùm etiã hæc exterior, quæ apud †Sacerdotẽ de criminibus peragitur omnibus, quæ post examinatam sedulò conscientiam in mentem homini ueniunt.

* Psalm. 31. b.

† Orig. in psal. 37. hom. 1. Chrys. lib. 3. de sacerdot. Cyrill. li. 2. in Leuiticum.

Ita de hominibus Ecclesiæ primitiuæ scriptũ est : * *Multi credentium ueniebant confitentes & annunciantes actus suos.*

* Actor. 19. d.

Quam confitendi rationem esse necessariam non Ecclesiæ*modò sacra iura, & Patrum † ueneranda scripta confirmant, sed etiam Christi diuina uerba concludunt declarantq;, cùm ait : * *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*:

*Conc. Later. can. 21. Flor. & Trid. sess. 24.

† Clemẽs ep. 2. ad Iac. Dionys. epi. 6. ad Demoph. Tert. de pœn. Orig. in psal.

37.homil. 2.
Cyp.de lapsis.
Pacianus in paræneſi ad pœnitent.
Cyril.lib.2.in Leui.
Hier.in ca.10 Eccleſiaſtis.
Chryſ.homil. 20. in Geneſ.
* Ioan.20. e

& quorum retinueritis, retenta ſunt. Atqui remittere, uel retinere peccata (cùm iudicis hæc ſint officia) nullus rectè poteſt Sacerdos, niſi peccantis cauſam, de qua iudicandum eſt, probè antea cognitam habuerit atq; perſpectã. Quæ cauſæ cognitio prius haberi non poteſt, quàm is, qui expendendum ſe Sacerdoti, ut Iudici ac medico ſuo, abſoluendumq; tradit, ſpontanea confesſione uulnera ſua ſigillatim detegat, atque ita aperiat, ut Sacerdos ubi peccata ſoluenda & ubi liganda ſint, explicatè cognoſcere queat.

VI.

Quomodo Patres de Confeßione ſcribunt?

HI certè non modò cõfitendi utilitatem, & uſum, qui ſemper in Eccleſia fuit, ſed ius etiam atque neceſſitatẽ nobis magno conſenſu commendant comprobantq;.

Vt uerò è plurimis paucos, & probatisſimos illos teſtes producamus, ſic habet in primis magnus ille Baſilius *: Neceſſarium uidetur his, quibus diſpẽſatio Myſteriorum Dei commiſſa eſt, confitenda eſſe peccata. Sic enim & hi, qui antiquitus pœnitebant, inueniuntur apud Sanctos cõ

* Quæſt. 288. compend. explic. Vide eundem quæſt. 299. & 110. comp. expl. & in lib. de uirginitate, ante finem.

fessi esse peccata sua.

†Ser.5.de lap. Vide eundem li.3. epist. 14.

Tum Cyprianus †, Confiteantur, inquit, sin guli, quæso uos fratres, delictum suum, dum adhuc qui delinquit, in seculo est, dum admitti eius confessio potest, dum satisfactio cuiusque, & remissio facta per Sacerdotes apud Dominum grata est.

Homil. 49. ex 50.

Accedit his Augustini sententia, qui docet in hunc modum: Agite pœnitentiam qualis agatur in Ecclesia, ut oret pro uobis Ecclesia. Nemo sibi dicat, Occultè ago, apud Deum ago: nouit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est, *Quæ solueritis in terra, soluta*

Ioan.20.e.

erunt in cœlo? Ergo ſine cauſa ſunt claues datæ Eccleſiæ Dæi? Fruſtramus Euangelium Dei, fruſtramus uerba Chriſti? Promittimus uobis quod ille negat? Non'ne uos decipimus? Tum alibi, Sunt, inquit, qui ſufficere ſibi ad ſalutem autumant, ſi ſoli Deo, cui nihil occultū eſt, quem nullius latet conſcientia, ſua confiteantur crimina. Nolunt enim aut erubeſcūt ſiue dedignantur ſe oſtēdere Sacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram diſcernere per Legislatorē conſtituit Dominus. Sed nolo, ut ipſa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram Do-

Li. 2. de uiſit. infirmo. ca. 4. & li. 1. ca. 2

Leuit. 14. a. Lucæ 17. d.

mini Vicario, uel tabescens præ rubore, uel ceruicosus præ indignatione. Nam ipsius similiter subeundum est iudicium, quem Dominus sibi non dedignatur Vicarium.

Nec minus est euidēs, quod Leo ille Magnus scriptum reliquit:† Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis, ut non solùm per Baptismi gratiam, sed etiā per Pœnitentiæ medicinam spes uitæ reparetur æternæ, ut qui Regenerationis donū uiolassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum peruenirent: sic Diuinæ bonitatis præsidiis ordinatis, ut indulgen-

* Epist. 91. ad Theodorū Foroiuliēs. episc.

tia Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Christus Iesus, hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus satisfactionem pœnitentiæ darent, & eadem salubri satisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorũ per ianuam reconciliationis admitterent. 1.Ti.2. b.

VIII.

Quid porrò de Satisfactione sentiendum est?

ID uidelicet, quod alia Christi Redemptoris propria, alia fidelium pœnitentium communis sit Satisfactio. Illa semel * in corpore

Greg. in caput 9. 1. Reg.

* Hebr. 9. g. Ephes. 5. a. f.

1. Ioan. 2. a. Ioan. 1. d.

Christi crucifixi, dum agnus ille mundi peccata tulit, peracta est, ut qui natura sunt * iræ filij, Deo reconcilientur: Hæc uerò, quæ ad pœnitentes pertinet, à Christi membris in Ecclesia quotidie peragitur, cùm pœnitẽtes post Confessionẽ ea quæ Sacerdos absoluens iniunxit, perficimus, aut cũ ultrò quidẽ dignos pœnitẽtiæ fructus edimus, quibus anteactæ uitæ errata siue commissa aliqua saltem ex parte cõpensemus.

* Ephes. 2. a. 1. Cor. 15. d. 1. Cor 5. d. Cypr. lib. 3. epist. 8. & 4. Tertul. de pœnitentia.

Hæc uindicatoria simul & emẽdatoria quædam est Satisfactio, & Repemptoris Christi beneficium atque Satisfactionem adeò non ob-

scurat

ſcurat, ut magis etiam commendet illuſtretq́;. Illa enim præeunte, ac præcipuè * cooperante, iuxta diuinam ſcripturam iudicium† facimus & iuſtitiam, delicta noſtra cōtra nos ipſos uindicantes, & reſiduas in nobis peccatorum reliquias diluentes, Deiq́; gratiam nobis pleniorē conciliantes atque promerentes: denique hac ratione teſtantes, nos Chriſti crucem libenter amplecti, * abnegare nos ipſos, mortificare carnem, ueteris nos hominis odio commotos ad perfectiora conniti, dum aduerſus deprauati animi motus ardenti zelo fortiterque certamus.

* Chryſ. hom. 80. ad pop.
† Eſaię 56. a. Ezech. 18. g. Hierem. 22. a. 2. Cor. 7. c. Pſalm. 50. a. & Chryſ. ibidē: & in 3. cap. Matth.

* Lucæ 9. c. Matth. 16. d. Rom. 6. c. Epheſ. 4. e. Coloſſ. 3. b.

Quo quidem pacto Satisfactioni operam da-
*2. Reg.12.d. bant * Dauid, Niniuitæ
Ionæ 3. b. & alij, quos in cilicio, ci-
2.Reg.21.g.
Matth.11.c. nere, gemitu, luctu, ie-
Iudith.4.b. c. iunijs alijsq; afflictioni-
Ioëlis 2. c. bus pœnituisse constat, qui & hinc Deo grati & approbati fuisse leguntur. Quam pœnitentiæ partem in Scriptura cõfirmans Devs, nobisq;
* Ioëlis 2. c. cõmendãs clamat:* *Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio & fletu, & planctu*. Et alibi:
Ezech.18.g. *Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris: & non erit uobis in ruinam iniquitas*. Et quidem Paulus*
*2.Cor.7.c. docet, tristitiam quæ secundum Deum est, operari uindictam & generatim admonet: * *Si nos*
* 1.Cor.11.g.

ipſos dijudicaremus, non utique iudicaremur à Domino.

Ea propter non eſt, cur de Satisfactionis nomine, quod certè Patribus eſt per quam familiare, diſceptemus, cùm in ſcripturis res ipſa perſpicuè proponatur.

VIII.

Quæ ſunt Patrum de Satiſfactione ſententiæ?

CYprianus ille, ſanctiſſimus Martyr & teſtis grauiſſimus, in hunc modum docet: † Deus quantū Patris pietate indulgens eſt, tantū iudicis maieſtate metuendus eſt. Alto uulneri diligēs & longa me

*Ser.5.de lap. Idē li.1.epiſt. 3.&li.3.ep.14

dicina non desit: pœnitẽtia crimine minor nõ sit: orare oportet impensius, diem luctu transigere, uigiliis noctes ac fletibus insomnes ducere, tempus lachrymosis occupare lamentationibus, stratos adhærere cineri, in cilicio uolutari & sordibus. Idemq́; rursus: † Rogandus est Deus & satisfactione nostra placandus, delicta nostra reputanda, actus nostri & animi secreta uoluenda, conscientiæ merita ponderãda. Nec multò pòst: Pœnitentiæ iter quod ostendit antistes, amplectamur: remedia uitaliá, quæ de scripturis cœlestibus ille depromit, assumamus, & ex uulneribus

† Ser. 5. de lap.

etiam occultis, quorũ exomologesin fecimus, exponentes apud eum conscientiæ nostræ pondus, salutarem medicinam exquiramus: nec cessemus in agenda pœnitentia atq; in Domini misericordia deprecanda, ne quod nimis esse in qualitate delicti uidetur, in neglecta Satisfactione cumuletur.

Et * Augustinus clarissimè dixit: Non sufficit mores in melius cõmutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de iis quæ facta sunt, satisfiat Deo per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis.

*Hom. 50. ex homiliis 50. cap. 15. Vide etiam in enchirid. c. 70.

Tum apud Hierony-

† In Epitaph. Paulæ.

mum † legimus in hunc modum : Affligendum corpus, quod multis uacauit deliciis : longus risus perpetim cōpensandus eſt fletu : mollia linteamina & ſerica preciosisſima aſperitate cilicij commutanda.

*Lib. 2. de pœnitentia c. 5.

† Ad uirginē lapſam cap. 8.

Hom. 34. in Euangelia. Vi-

Eôdem ſpectans Ambroſius * : Qui agit pœnitentiam, inquit non ſolùm diluere lachrymis debet peccatum ſuum, ſed etiam emendationis factis operire & tegere ſuperiora facta, ut ei non imputentur. Atque idem alibi:* Grandi plagæ alta & prolixa opus eſt medicina. Grande ſcelus grandem neceſſariam habet ſatiſfactionem. Demum & Gregorius : Cogitandū

est summopere, ut qui se illicita meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat.

de Emisenum ad monachos hom. 5. & 10. Item Theodoretum in epitome diuinorũ decret. cap. de pœnitent.

IX.

Est'ne satisfactioni etiam post mortem locus?

AD hoc explicandum uaria moriẽtium conditio est obseruanda. Horum enim alij gratiam Dei, uitæq; innocentiam ad finẽ usque cõseruant. Ad quos pertinet Manassis * dictum, Iustis & iis qui non peccauerunt, ut Abraham, Isaac, & Iacob, pœnitentiam nõ esse positam. Alij peccauerunt quidem, & ex accepta

* In oratione Manassis pœnitentis.

DEI gratia exciderunt, sed criminum sordes di gnis pœnitentiæ fructibus in hac uita expiarũt: ut * Dauid, † Ezechias, * Petrus, † Magdalena. Vtrunque hoc genus nulla post mortẽ eget Satisfactione, sed ab ea prorsus est liberũ.

* 2.Reg.12.d. Psalm.6.b.
† Esaię 38.c.
* Matth.26.g.
† Lucæ 7.e.

At longè plures sunt homines medij generis morientes, nec ualde boni, nec ualde mali, ut * Augustinus indicat, qui peccatorum suorum pœnitentiam in uita perfectam non præstiterunt: ideoque per ignem † saluandi, ut quod satisfactioni pro hac uita conuenienti defuit, in altero seculo iustitiæ diuinæ persoluatur. * *Nihil* enim *coinquinatum intra-*

* In Enchi c. 110. & Beda in c.11.Prou.

† 1. Cor. 3. c. Sic interpretatur eum locum. idem Aug.in ps.37. li.21. de ciui. ca.26.De fide & oper. c. 16. & in psal. 80.

bit in sanctam illam ciuitatem.

Huiusmodi ergo defunctis, ut ad quæstionẽ propositam respondeamus, subeunda est quædam & grauis illa profectò post mortem satisfactio† Quã interim Deus pro ingẽti clemẽtia sua relaxare consueuit, pietate uiuorum intercedẽte, ut defuncti, suorum in Ecclesia fratrum, adeoq; membrorũ adiuti suffragijs, à peccatis horrendisque peccatorum pœnis releuentur. Et huc spectat, quod sacræ scripturæ tradit authoritas, **Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis orare, ut à peccatis soluantur.* Vnde laudatus est Iudas ille Macha-

Orig. hom. 12 & 13. in Hiere. 25. in Num. & 6. in Exo.
Greg. 4. dial. c. 39.
Beda in 3. cap. Lu.
* Apoc. 21. g.
Psalm. 14. a. & 23. a.
† Augu. ut suprà. & lib. 21. de ciuit. c. 24. homil. 16. ex 50. & ser. 41. de sanctis.
Greg. 4. dial. c. 39.
Ber. de obitu Humberti.
Damas. in ser. de defunctis.
Conc. Floren.
Triden. sess. 6. can. 30. & ses. 25. part. 1.
* 1 Mach. 12. g

bæus, quòd ſingulari re ligione ductus, pro mortuorum peccatis nõ preces modò, ſed etiam ſacrificiũ * offerri ſolicitè atq; ſumptuosè curârit.

* Ibidem.

In hanc ſententiam concedunt uenerandæ † Synodi & Patres, qui ueram Eccleſiæ doctrinã tradiderunt. Ex quibus ut unus pro multis, idẽque fide digniſſimus teſtis * Auguſtinus profeſeratur: In Machabæorũ libris (inquit) legimus, oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nuſquã omninò in ſcripturis ueteribus legeretur, non parua eſt uniuerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, authoritas, ubi precibus Sacerdotum, quæ Domino

† Conc. 4. Carthag. can. 79. & 95. Tolet. 11. can. 12. Tribu. car. 31 Braccar. 1. can. 34. Floren. Trid. ſeſſ. 25.

* Lib. de cura pro mortuis gerenda ca. 1.

Deo ad eius altare fun duntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorũ. Et rursus alibi*: Purgatorias pœnas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud ultimum tremendumq; iudiciũ. Et quid illis uerbis luculẽtius? † Orationibus sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum (defunctorum) spiritibus erogantur, non est dubitandũ mortuos adiuuari, ut cum eis misericordiùs agatur à Domino, quã peccata eorum meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum uniuersa obseruat Ecclesia. Si Augustinus ante MCC. annos, ut interim eo uetu-

* De ciuita. Dei l. 21. c. 16

† Aug. l. de uer. Apost. ser. 34.

ſtiores etiam, Cyprianum,*Origenem† Dionyſium, *Clementem†, in hac doctrina maxime conſentientes, prætermittamus.

* Lib.4.epiſt. 2.&li.1.epi.9.
† ut ſup.
* De Eccl.hierarc. c. 7.
† epiſt. 1.

Quo circa*Chryſoſtomus palàm hortatur, ut pro uiribus & ipſi defunctos iuuemus, & alios qui pro ipſis orent, commonefaciamus. Nõ enim temerè ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, ut in tremendis myſterijs defunctorũ agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam. Ita Chryſoſtomus.

* Homi. 3. in epi.ad Philip. & 41.in 1.Corinth. & 69. ad pop.

Hoc eſt demũ, quod aduerſus†Aërianos Eccleſia fida Scripturæ interpres uſq;docuit,ignẽ

† Epiph. hæreſi75.&Aug. hære. 53.

*esse quendam purgatoriũ seu emendatorium, ut Augustinus†appellat, eoq́ue pœnas peccatorum, quas hîc Pœnitentia perfectè non diluit, defunctis in CHRISTO fidelibus luendas & expiandas esse, nisi, pro ut Augustinus *loquitur, uiuentium suorum pietate illi releuentur.

*Trid. sess. 25. & 6. Concil. Flor.

†In psal. 37. & lib. 2. de gen. contra Manich. c. 20. Gregor. in 3. psal. pœniten. & lib. 4. dial. c. 39. Bern. ser. 66. in Cantic.

* In Enchi. ca. 110. Et de cura p mortuis gerẽda c. 1. 4. & 18.

X.

Quæ commendatio ac dignitas est Pœnitentiæ?

HAEC est Euangelicæ prædicationis exordium. Angelorum in cœlis gaudium, uia in terris arcta, & angusta porta, per quam fideles ad uitam contendunt, & uiolenti rapiũt regnum cœlorum.

Matt. 3. b. 4 c. Marci 1. b. Lucæ 15. b. Matth. 7. b. Matth. 11. b.

Hæc lapsos erigit, saucios curat, imbecilles roborat, mortuos uiuificat, perditos restituit: omnia demum quæ peccatum uitiat, Pœnitentia in nobis redintegrat. Hac ueteris uitæ odium nostriq; contemptum & omnẽ submissionem testamur: hac ipsa duce lugentes consolationẽ, afflicti curationem, humiles uerò exaltationẽ reportamus.

* Lib. de uera & falsa pœniten. c. 1. Basil. in orat. de pœnitent. Chrys. in homiliis de pœnitentia.

* Matth. 5. a.

Hæc est, qua Dæmones & uitiorũ pestes superamus: qua meritas * pœnas auertimus, Dei placamus iram, conciliamus gratiam, & gloriam æternam comparamus. Hinc illæ CHRISTI uoces in Euangelio: *Pœnitentiam agite, appropin-*

* Hiere. 18. a. Ezech. 18. f. g. & 33. c. d. Ionæ 3. b. Matth. 3. b. 2. Cor. 7. c. Actor. 11. c.

* Matth. 4. c.

quabit enim regnum cælorum. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. * *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simi liter peribitis*. At is demum ueram pœnitentiam agit, ut Cypriani uerbis hæc omnia concludamus, qui Dei & Sacerdotis præceptis obediens, & obsequijs suis, & operibus iustis Dominum promeretur.

Lucæ 5. f.

* Et 13. a.

Cyprian. ser. de lapsis.

DE SACRA-
mento Extremæ unctionis.

I.

Quid de Sacramento extremæ unctionis credendum est?



D IPSVM nẽpe, qđ Catholica * Ecclesia cõstanter docet, signum hoc esse sacrum, in consecrato oleo institutum, ut per illud cœlestis uirtus ad salutem non animæ solùm, sed & corporis applicetur ægrotis ex diuina institutione.

*Concil. Constant. sess. 15. & Flor. & Triden. sess. 14. Innocẽtius 1. epist 1. ad Decentium Eugub. c. 8. Petrus Damianus serm. 1. in dedicatione Ecclesiæ. Bern. in uita Malachię episc.

Cui Sacramento testimonium longè clarissimũ præbet Iacobus Apostolus, cũ in hæc uerba scribit: *Infirmatur quis in uobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei.*

Conc. Vuormatien. c. 72. Iacob. 5. d. & ibidem Beda.

II.

Quid his uerbis docet Apostolus?

PRimum Sacramenti huius ostẽdit elementum, seu materiam oleũ esse, Pontificali benedictione (ut rectè ait Beda)*consecratum. Significat autem † hilaritatẽ animi & confirma-

*In c.6. Marc. 8. Luc. & ca. 5. Iac. Innocen. 1. ut supr.

Conc.Meldés. can. 1. apud Burchard.lib. 4.c.75. & Iuonem part. 1. c. 269.

tionem internam, quæ per Dei gratiam Sacramenti huius uirtute ab ægroto percipitur.

†Theophil.in cap.6. Marci.

Deinde per Apostolũ designatur ut Sacramenti minister proprius, nimirum * Sacerdos, qui sacram hanc Vctionem cum orationibus decenter exerceat. Nec frustra de Apostolis est scriptum, † *Vngebant oleo multos ægrotos, & sanabantur*.

* Chrys.li. 3. de Sacerd. & Cyril.lib.2.in Leuiticum.

†Marci 6.b.& ibid.Theoph. & Beda.

Præterea qui suscipiunt hoc Sacramentũ, à Iacobo dicti sunt infirmi, quoniam, ut Ecclesiæ mos est, in grauibus & periculosis infirmitatibus tantũ sacra isthæc unctio celebratur.

III.

Quid eſt Sacramenti huius fructus & effectus?

COnfert primũ ad remisſionem* peccatorum, quæ quidem ab ægroto Pœnitẽtiæ remedijs non ſunt expurgata, ut decumbẽtis anima peccatorũ ſuorum onere ac morbo in primis leuetur.

* Bern. in uita Malachiæ episc.

Deinde prodeſt ad corporalem infirmitatẽ uel †depellendam, uel alleuiandam, quatenus expedit eam ægroto recuperare.

* Ibidẽ Bern.

Poſtremò ad conſolationem & fiduciam ſubminiſtrandam ualet, qua ſanè in ſupremo illo agone exituq; animæ opus eſt maxime, quando &

cum doloribus acerbissimis, & cum horrendis *Dæmonibus morituro est grauissimè cōflictandū. Vnde licèt salus corporis ægroto non restituatur, ut qui post acceptam hanc unctionē moritur sæpè; tamen gratia in hoc Sacramento peculiaris præbetur ad morbi uim molestiasq; constantius perferēdas, & ad mortem ipsam facilius excipiendā. Atq; hoc est, quod per Apostolū suum Deus promisit: * *Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis fuerit, remittentur ei.*

* Greg. hom. 39. in euang. Climac. gradu 7. Euseb. Emis. hom. 1. ad monach.

* Iac. 5. d.

Ad quos quidem designādos effectus etiam olei natura, seu natiua uis pulchrè congruit, ut

explicat * Theophilactus. Quocirca retinendum est prorsus, quod saluberrimè monet Augustinus: †Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinẽ Christi ille qui ægrotat accipiat, & inde corpusculum suum ungat, ut illud quod scriptum est impleatur in eo: **Infirmatur aliquis, inducat presbyteros, & orent super eum, ungentes eũ oleo, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei.*

* In cap. 6. Marc.

† Ser. 215. de tẽpore. Vide etiam de rec. Cathol. conuersat. & de uisit. infirm.

* Iacob. 5. d.

DE ORDINIS Sacramento.

I.

Quid est ordinis Sacramentum?



ST, quo singularis gratia, ac potestas spiritualis quibusdam traditur, ut munus in Ecclesia ex professo gerat.

Hoc est Sacramentũ per quod, uelut ostium, necessario intrant legitimi dispensatores* mysteriorum & eloquiorũ Dei, ministri Christi & Ecclesiæ, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & quot

Aug. lib. cont. ep. Parm. c. 13 de bono coniug. c. 24. & lib. 1. cont. Donat. c. 1. Leo epist. 81. ad Dioscor. Greg. in caput 10. lib. 1. Regum. Conci. Florẽ. Trid. sess. 22. Ambr. in 12. cap. 1. ad Cor. * 1. Cor. 4. a. Malac. 1 b. c. 1. Tim. 3. a. b. Ephes. 4. c. 1. Corint. 14. 2. b. c. Ephes. 4. c.

quot demũ in Ecclesiasticis munijs obeundis ritè & cum authoritate uersantur.

Nemo enim, ut Scriptura * testatur, *sibi sumit honorem*, exercendo rum uidelicet ministeriorum Ecclesiæ, *nisi qui uocatur à Deo; tanquã Aaron*: hoc est, nisi Sacramento uisibilis Ordinationis initiatus, & ab Episcopo legitimè ordinatus missusque * fuerit ad opus certi mysterij, quod in Ecclesia pro suo statu gerat iuxta leges diuinæ & Apostolicæ Traditionis.

* Hebr. 5. b. Actor. 1. d. Cypr. lib. 4. epist. 2. Tertu. de præsc. Hæretic.

* Matth. 10. a. Lucæ 9. a. b. Marci ult. d. Ioan. 20. f. Actor. 13. a. Titum 1. b.

II.

Non'ne omnes Christiani ex æquo sunt Sacerdotes?

* Apocal. 1. b. 5. c.

DIci quidem * ita possunt hactenus, quòd sicut Sacerdotes externa quædam sacrificia & ministeria sacra exercere solent, sic quot quot sunt in CHRISTO renati, spiritualia quædam*Sacrificia, nimirũ orationes, laudes, gratiarum actiones, carnis mortificationem, & id genus alia quotidie possint ac debeant offerre seduloq; exercitare. Vt hinc spirituales coram DEO Sacerdotes, & spirituales offerre hostias in scriptura dicantur.

* 1.Pet.2.a.b. Roman.12. a. Psal.49.d. Psalm.50.d. Philipp.4.d. Hebr.13.c. Vide Basi.li.2 de baptis.c.8. Aug.20. de ciuit.cap.10.

Verùm si propriè nomen hoc sacerdotij accipimus, non sunt promiscuè Sacerdotes omnes, sed hi duntaxat, quibus authoritas Ecclesiæ

ut

ut Sacramentorum*pro prij sint ministri, demādauit,atq; ad consecrandum, offerendum, dispensandumq́; sacrā Eucharistiam,& ad peccata hominum tum remittenda tū retinenda ius contulit.

Ac de his quidē nouæ legis sacerdotibus seu presbyteris ita Paulus:* *Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in uerbo & doctrina.* Id quod certè congruere non potest mulieribus †, quas in Ecclesia idem Apostolus docere uetat, ac tacere iubet: neque omninò plebeis conuenit, quorū est, ouiū more pasci*non pascere,regi nō regere,nec

* Ignatius ad Heronem. Chrys. lib. 3. & 6. de sacer. & hom.60.ad populum. Hier. ad Heliodo.&aduersus Luciferianos. Item ad Euagrium. Victor lib. 2. de pse. Vuād. Cypr. lib. 1. epist. 2.

* 1.Timo.5.c.

† 1.Tim. 2. c. 1.Cor.14. f.

* Ioan. 10. b. c. 21. e.

*Lib. de uera & falsa pœniten. c. 1. Basil. in orat. de pœnitent. Chrys. in homiliis de pœnitentia.

Hæc lapsos erigit, saucios curat, imbecilles roborat, mortuos uiuificat, perditos restituit: omnia demum quæ peccatum uitiat, Pœnitentia in nobis redintegrat. Hac ueteris uitæ odium nostriq; contemptum & omnẽ submissionem testamur: hac ipsa duce lugentes consolationẽ, afflicti curationem, humiles uerò exaltationẽ reportamus.

*Matth. 5. a.

Hæc est, qua Dæmones & uitiorũ pestes superamus: qua meritas * pœnas auertimus, Dei placamus iram, conciliamus gratiam, & gloriam æternam comparamus. Hinc illæ CHRISTI uoces in Euangelio: *_Pœnitentiam agite, appropin-_

*Hiere. 18. a. Ezech. 18. f. g. & 33. c. d. Ionæ 3. b. Matth. 3. b. 2. Cor. 7. c. Actor. 11. c.


*Matth. 4. c.

quabit enim regnum cælorum. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Lucæ 5. f. * *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis*. * Et 13. a. At is demum ueram pœnitentiam agit, ut Cypriani uerbis hæc omnia concludamus, Cyprian. ser. de lapsis. qui Dei & Sacerdotis præceptis obediens, & obsequijs suis, & operibus iustis Dominum promeretur.

DE SACRAmento Extremæ unctionis.

I.

Quid de Sacramento extremæ unctionis credendum eſt?



D IPSVM nēpe, qđ Catholica * Eccleſia cōſtanter docet, ſignum hoc eſſe ſacrum, in conſecrato oleo inſtitutum, ut per illud cœleſtis uirtus ad ſalutem non animæ ſolùm, ſed & corporis applicetur ægrotis ex diuina inſtitutione.

*Concil. Conſtant. ſeſſ. 15. & Flor. & Triden. ſeſſ. 14. Innocētius 1. epiſt 1. ad Decentium Eugub. c. 8. Petrus Damianus ſerm. 1. in dedicatione Eccleſiæ. Bern. in uita Malachię epiſc.

Cui Sacramento testimonium longè clarissimũ præbet Iacobus Apostolus, cũ in hæc uerba scribit: *Infirmatur quis in uobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei.*

Conc. Vuormatien. c. 72.

Iacob. 5. d. & ibidem Beda.

II.

Quid his uerbis docet Apostolus?

PRimum Sacramenti huius ostẽdit elementum, seu materiam oleũ esse, Pontificali benedictione (ut rectè ait Beda)*consecratum. Significat autem † hilaritatẽ animi & confirma-

*In c. 6. Marc. 8. Luc. & ca. 5. Iac.

Innocen. 1. ut supr.

tionem internam, quæ per Dei gratiam Sacramenti huius uirtute ab ægroto percipitur.

Conc.Meldẽs. can. 1. apud Burchard.lib. 4.c.75. & Iuonem part. 1. c. 269.

Deinde per Apostolũ designatur ut Sacramenti minister proprius, nimirum * Sacerdos, qui sacram hanc Vctionem cum orationibus decenter exerceat. Nec frustra de Apostolis est scriptum, † *Vngebant oleo multos ægrotos, & sanabantur.*

†Theophil.in cap.6. Marci.

* Chrysl.li. 3. de Sacerd. & Cyril.lib.2.in Leuiticum.

†Marci 6.b.& ibid.Theoph. & Beda.

Præterea qui suscipiunt hoc Sacramentũ, à Iacobo dicti sunt infirmi, quoniam, ut Ecclesiæ mos est, in grauibus & periculosis infirmitatibus tantũ sacra isthæc unctio celebratur.

III.

Quid est Sacramenti huius fructus & effectus?

COnfert primũ ad remisſionem*pec catorum, quæ quidem ab ægroto Pœnitẽtiæ re medijs non ſunt expurgata, ut decumbẽtis ani ma peccatorũ ſuorum onere ac morbo in primis leuetur.

* Bern. in uita Malachiæ episc.

Deinde prodeſt ad cor poralem infirmitatẽ uel †depellendam, uel alleuiandam, quatenus expedit eam ægroto recuperare.

* Ibidẽ Bern.

Poſtremò ad conſola tionem & fiduciam ſubminiſtrandam ualet, qua ſanè in ſupremo illo ago ne exituq; animæ opus eſt maxime, quando &

cum doloribus acerbissimis, & cum horrendis *Dæmonibus morituro est grauissimè cõflictandũ. Vnde licèt salus corporis ægroto non restituatur, ut qui post acceptam hanc unctionẽ moritur sæpè, tamen gratia in hoc Sacramento peculiaris præbetur ad morbi uim molestiasq; constantius perferẽdas, & ad mortem ipsam facilius excipiendã. Atq; hoc est, quod per Apostolũ suum Deus promisit: * *Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis fuerit, remittentur ei.*

* Greg. hom. 39. in euang. Climac. gradu 7. Euseb. Emis. hom. 1. ad monach.

* Iac. 5. d.

Ad quos quidem designãdos effectus etiam olei natura, seu natiua uis pulchrè congruit, ut

explicat * Theophilactus. Quocirca retinendum est prorsus, quod saluberrimè monet Augustinus: †Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinẽ Christi ille qui ægrotat accipiat, & inde corpusculum suum ungat, ut illud quod scriptum est impleatur in eo: **Infirmatur aliquis, inducat presbyteros, & orent super eum, ungentes eũ oleo, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei.*

* In cap. 6. Marc.

† Ser. 215. de tẽpore. Vide etiam de rec. Cathol. conuersat. & de uisit. infirm.

* Iacob. 5. d.

DE ORDINIS Sacramento.

I.

Quid est ordinis Sacramentum?

Aug. lib. cont. ep. Parm. c. 13 de bono coniug. c. 24. & lib. 1. cont. Donat. c. 1. Leo epist. 81. ad Dioscor. Greg. in caput 10. lib. 1. Regum. Conci. Floré. Trid. sess. 22. Ambr. in 12. cap. 1. ad Cor. * 1. Cor. 4. a. Malac. 1 b. c. 1. Tim. 3. a. b. Ephes. 4. c. 1. Corint. 14. a. b. c. Ephes. 4. c.



EST, quo singularis gratia, ac potestas spiritualis quibusdam traditur, ut munus in Ecclesia ex professo gerãt.

Hoc est Sacramentũ per quod, uelut ostium, necessario intrant legitimi dispensatores* mysteriorum & eloquiorũ Dei, ministri Christi & Ecclesiæ, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & quot

quot demũ in Ecclesiasticis munijs obeundis ritè & cum authoritate uersantur.

Nemo enim, ut Scriptura * testatur, *sibi sumit honorem*, exercendo rum uidelicet ministeriorum Ecclesiæ, *nisi qui uocatur à Deo; tanquã Aaron*: hoc est, nisi Sacramento uisibilis Ordinationis initiatus, & ab Episcopo legitimè ordinatus missusque * fuerit ad opus certi mysterij, quod in Ecclesia pro suo statu gerat iuxta leges diuinæ & Apostolicæ Traditionis.

* Hebr. 5. b. Actor. 1. d. Cypr. lib. 4. epist. 2. Tertu. de præsc. Hæretic.

* Matth. 10. a. Lucæ 9. a. b. Marci ult. d. Ioan. 20. f. Actor. 13. a. Titum 1. b.

II.

Non'ne omnes Christiani ex æquo sunt Sacerdotes?

ut Sacramentorum*pro prij ſint miniſtri, demã dauit,atq; ad conſecran dum, offerendum, diſpenſandumq; ſacrã Euchariſtiam,& ad peccata hominum tum remittenda tũ retinenda ius contulit.

* Ignatius ad Heronem. Chryſ. lib. 3. & 6. de ſacer. & hom.60.ad populum. Hier. ad Heliodo.&aduerſus Luciferianos. Item ad Euagrium. Victor lib. 2. de pſe. Vuãd. Cypr. lib. 1. epiſt. 2.

Ac de his quidẽ nouæ legis ſacerdotibus ſeu presbyteris ita Paulus:* *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in uerbo & doctrina.* Id quod certè congruere non poteſt mulieribus †, quas in Eccleſia idem Apoſtolus docere uetat, ac tacere iubet: neque omninò plebeis conuenit, quorũ eſt, ouiũ more paſci*non paſcere, regi nõ regere, nec

* 1.Timo.5.c.

† 1.Tim. 2. c. 1.Cor.14.f.

* Ioan. 10. b. c. 21. e.

1. Petr. 5. a. & 2. c. d. Hebr. 13. c. Román. 13. a. Matth. 23. a. Lucæ 10. c. 1. Ioan. 4. b.

se præferre, sed subijcere & subiacere prępositis, & quæcunque hi, siue boni, siue mali, in Cathedra sedentes dixerint, audire, seruare & facere, ut Verbo Dei præceptũ legimus. Qua propter sicut in Ecclesia triũphante Angeli sunt *ordine ac potestate differentes, qui iniũcta sibi munia decẽti quadã ob seruata dispositione obeunt, ac fideliter exequũtur: sic militans etiã Ecclesia, *quæ domus Dei, & uelut castrorum acies quædam ordinata est, ministros habet sibi peculiares, à reliquis Christianis seiunctos, & pulchro ordine inter se dispositos ad publica & communia Ecclesiæ mi

* Ephes. 1. d. Colossen. 1. b. Daniel. 7. c. d. Diony. de cœlest. hier. c. 10

* 1. Tim. 3. d. Cantic. 6. c. Anaclet. ep. 2. & Isidorus li. 2. de Ecclesia. off. c. 5. & seq.

nisteria in terris peragẽda: nimirũ ut pro Christiano populo in his, * quæ ad Deum salutemque animarũ spectant, suas illi operas ex professo ac pro dignitate præstent. † Heb. 5. a. & 13. c. 2. Cor. 5. d.

III.

Quo loco Scriptura testimonium huic Sacramento præbet?

ILlic scilicet, ubi de Apostolis docet, qđ in Ecclesiæ ministris deligendis, instituendis atque ordinandis usi sunt *manuum impositione. Hoc enim ueluti symbolo certo & efficaci præsentis gratiæ, quæ in Ordinum collatione exhibetur, & *accipitur, Sacramentum illud nobis

* Actor. 6. c. & 13. a. 1. Tim. 4. d. 2. Tim. 1. b.

* Amb. lib. 3. de Dignit. sa-

cerd. 5. c. Niceph. lib. 12. c. 14.

est commendatum.

Quare Paulus ad Timotheum à se creatum Episcopum scribens, & acceptæ in hoc Sacramẽto gratiæ illum admonens, *Noli inquit, *negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cũ impositione manuum Presbyterij.* Et rursus ad eundem: **Admoneo te, ut resuscites gratiã* DEI, *quæ in te est per impositionem manuum mearum.*

* 1. Timot. 4. d. & ibidem Theoph.

* 2. Timo. 1. b.

Quoniam uero per magni refert, quales in Ecclesia quibuscunque munijs præficiantur, & Ecclesiasticam potestatem ex hoc Sacramento accipiãt, ad omnem Episcopum dicitur * *Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris pecca*

* 1. Tim 5. d. Leo iii ep. 87. ad episcopos

tis alienis.

IIII.

Quot gradus in se continet hoc Sacramentum?

GEneratim quidē minores ordines maioresq; continet, minores scilicet *quatuor, Ostiariorum, Lectorum, Exorcistarum, & Acolytorū: maiores uerò tres, nempe Subdiaconorū, Diaconorum ac Presbyterorum. Ex Presbyteris porrò alij maiores, alij minores à Christo* instituti inueniuntur.

Maiores enim Presbyteri Apostoli sunt, eorumq; successores † Episcopi, magna sanè potestate & reuerenda dignitatis prærogatiua excellentes. Nam horum est

Mauritaniæ. Synod. Rom. sub Syluestro can. 11. Trid. sess. 25. c. 12. reformationis. Chrys. 2. de sacer.

*Cōc. Cart. 4. Item Laod. & Trid. Ignatius ad Antio. Dionys. eccl. hierarch. c. 3. Eus. hist. li. 6. cap. 33.

* Luc. 9. a. & 10. a.

*Cypr. l. 1. ep. 3. & li. 3. ep. 9. Ign. ad Phila.

(Scriptura*teste) attēdere sibi & uniuerso gregi, quē à Spiritu sancto curandum pascendumque accipiunt, regere Ecclesiam, ea quæ desunt corrigere, per ciuitates item Presbyteros constituere.

* Actor. 20. f. 1. Petr. 5. a. Heb. 13. c. Ad Tit. 1. b.

Minores uerò Presbyteri sub Episcopis, sicut septuaginta*duo illi Discipuli sub Apostolis, in Ecclesiæ ministerio deseruiunt, dona & sacrificia * pro peccatis offerunt, atque in curanda Dominica messe, tanquam *operarij, secundum illos existunt.

* Lucæ 10. a. Anaclet. ep. 3.

* Hebr. 5. a.

* Matth. 9. d.

Ac minorum quidē quatuor ordinum Clerici hoc proprium habent munus †, ut sacerdotibus & Episcopis multis

† 4 Carthag. can. 6. & sequ. Isidor. li. 2. de

in rebus præſtò ſint, ut ad ſacra conuenientem populum ordinent, utque paulatim ipſi uelut quibuſdã gradibus ad maiora munia in Eccleſia obeunda ritè inſtituantur atque præparentur.

off.eccl. c. 11. & ſeq.

Cæteri uerò maiores† tres ordines cũ in alijs, tum in ſacris Euchariſtiæ myſterijs maiorem conferunt poteſtatem. Igitur Subdiaconus & Diaconus dictis iã myſterijs tanquam adminiſtri adeſſe, ipſiſque ſacerdotibus proximi eſſe poſſunt. Et quãquam, quod ad Ordini Sacramentum ac ſacrificandi autoritatem attinet, diſcrimẽ inter Epiſcopos & Sacerdotes non ſit, †

†4. Carth. c. 3. & ſequent. Iſidor. li. 2. de off eccleſ. c. 7. & ſeq.

* Iſidor. 2. de

tamen ſunt illi ſacerdotibus multò excellentiores, ſi Eccleſiæ gubernãdæ, ſi paſcendarum animarum ius, tum baptizatos confirmãdi & clericos ordinandi poteſtatem conſideremus.

offic.eccl.ca. 5. Hiero. contra Luciferianos.

Verum præſentis inſtituti non eſt, quæ ſingulis Ordinibus functiones * & leges præſcriptæ ſint, enucleare. Illud ſanè cõſtat, magno in precio cũctos Ordines habẽdos, ac ſedulo retinendos eſſe. Firmum enim teſtimonium illi præbet ſacra Traditionis Apoſtolicæ † Eccleſiaſticæq; obſeruationis diſciplina, quæ ad nos uſque tranſmiſſa perdurat.

* Vide Clementem ep. 3. ad Iacobum.

* Amb. in epi. ad Epheſ. c. 4.

V.

Quomodo ueteres Patres de hoc Sacramento scribunt?

DE hoc Augustinus Doctor uerè Catholicus suam & Ecclesiæ sententiam his uerbis manifestè declarat: Quòd insufflasse in discipulos Dominus legitur post dies paucos resurrectionis suæ,& dixisse,* *Accipite Spiritum sanctum*,Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in Traditione Dominica per Spiritum sanctū aguntur,idcirco cùm regula eis & forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis: *Accipite Spiritum sanctum*. Et quia ue-

Lib.quæst. ueteris & noui Testamē. qst. 93. Et lib. 2. contra episto. Parmeniani c. 13.

* Ioan.20.f.

rè ad ius Ecclesiasticũ pertinet, statim subiecit, dicens: Cuius tenueritis peccata, tenebuntur: & cuius remiseritis, remittentur ei. Inspiratio ergò hæc, gratia quædam est, quæ per Traditionem infunditur ORDINATIS, per quã commendatiores habeãtur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum *, Noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyteri. Semel ergo fieri oportuit, ut de cætero Traditio ista nõ sine dono Spiritus sancti esse crederetur. Hucusque Augustinus.

* 1.Tim. 4. d.

Extant & Apostolorum Canones, in qui-

bus hoc modo † statuitur: Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur: Presbyter ab uno Episcopo ordinetur: ita Diaconus & reliqui Clerici. Tum * infrà: Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor sacrã Quadragesimã nõ ieiunauerit, aut quartã feriam, aut Parasceuem (hanc sextã feriam nũc dicimus) Ordine moueatur, nisi fortè infirmitas corporis impediat.

† Can. 1. & 2.

* Canon. 68.

Vide insignes Canones 61. distinctionis.

Caius † uerò ante annos M C C C. Pontifex & Martyr illustris, hos ipsos gradus & Ordines sigillatim recenset, quum ait: Si quis Episcopus esse meruerit, primò O-

† Vide Damasum in pontificali.

ſtiarius, deinde Lector, pòſt Exorciſta, deinde ſacretur Acolythus, dehinc uerò Subdiaconus, Diaconus, & poſtea Preſbyter: exinde, ſi meretur, Epiſcopus ordinetur.

* Lib.4 epi.2. Sozimus ep.1 ad Iſichium.

Laudat igitur * Cyprianus Cornelium Epiſcopum, ac bonis omnibus tum in Clero, tum in populo eundem laudabili prædicatione cõmendari ſcribit: quia nõ iſte ad Epiſcopatum ſubitò peruenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in Diuinis adminiſtrationibus Dominũ ſæpè promeritus, ad Sacerdotij ſublimè faſtigium cunctis Religionis gradibus aſcendit: tum deinde

Episcopatum ipsum nec postulauit, nec uoluit, nec ui inuasit: sed quietus, modestus, castus, humilis, uerecundus, demum & coactus excepit.

Quos igitur Ordines uetus & Apostolica probauit Ecclesia, sicut* Dionysij, † Anacleti * Ignatijque scripta declarant, quos ætas etiam omnis complexa posterior, eos præsens Ecclesia non potest sanè non conseruare atque defendere.

*De eccle.hierar.ca.5. & ad Demophilū.
† Epist.2.
* Ad Antiochen.

VI.

Quis est Ordo in Ecclesia magis celebratus?

PResbyterorum Ordo siue Sacerdotiū: de cuius ingenti sem-

perq; reuerenda dignitate Chrysostomus & Ambrosius libros integros ediderunt. De quo sacer etiam ille Ignatius *, SACERDOTIVM, inquit, summa est omnium honorum, qui in hominibus consistunt: quod si quis inhonorauerit, Deũ inhonorat,& Dominum Iesum Christũ primogenitũ totius creaturæ, & solũ natura principem Sacerdotem Dei. Sic ille. Quin & dilucidè testatur Diuinũ oraculum.* *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituũ est*. Et rursus:* *Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat Do*

* Epistol. ad Smyrnenses.

* Malach. 2. b. Aggæi 2. b. Greg. curæ past. par. 2. c. 4

* Deut. 17. c. Et Cypr. li. 1. epi. 3. & lib. 3. epist. 9.

mino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusq́; populus audiẽs timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Hinc & Apostolus iubet: * *Aduersus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Idque ad Timotheum Ephesiorũ Episcopum scribitur, sicut & illud iam antè citatum: * *Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in uerbo & doctrina.*

* 1. Tim. 5. d. Vide 2. Epist. Fabian.

* 1. Tim. 5. c.

VII.

Quid uerò de malis Sacerdotibus est sentiendum?

Diuina isthæc est ordinatio, quæ nõ

pŏt aboleri, ut non boni modò, sed mali quoq; Sacerdotes in Ecclesia * honorentur. Vult enim in suis ministris agnosci, recipi, audiri atque obseruari ille qui dixit: * *Super Cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, seruate & facite: secundum autem eorum opera nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.*

* Ecclesiastici 7. d. Chryso. hom. 2. in Timoth. Orig. hom. 7. in Ezech. Aug. epi. 137. Matth. 10. d. Lucæ 10. c.

* Matth. 23. a. Augu. ser. 49. de uerb. Domini.

Cæterū inter malos delectus quidam habendus est, ut quod ad munus authoritatemq; docendi spectat, illis tantùm fidē obedientiamq; deberi intelligamus, qui ab Episcopis legitimè † ordinati ac missi, sanam Ecclesiæ doctrinā

† Cypr. lib. 1 epist. 3. Chrys. ho. 11.

profitentur: ab alijs uerò, ut hostibus & pestibus, sedulò caueamus. in ep.ad Heb. Leo epi.63.ad Theodoretũ.

Qua de re sapientissimè monet, atque hunc in modum docet antiquissimus Irenæus:* Iis qui in Ecclesia sunt Presbyteris obaudire oportet, & qui successionem habent ab Apostolis, & qui cũ Episcopatus successione charisma ueritatis acceperunt: Reliquos uerò qui absistunt à principali successione, quocunq; loco colligun tur, suspectos habere, uel quasi Hæreticos & malæ sententiæ, uel quasi scindentes & elatos. Nec multò † pòst: Ab omnibus talibus absistere oportet: adhærere uerò his, qui Apostoli-

* Lib.4.c.43. Vide eunde l.3.cap.2.& 3.

†Cap.44.li.4.

cam, ſicut prædiximus, doctrinam cuſtodiunt, & cum Presbyterij Ordine ſermonem ſanum, & conuerſationem ſine offenſa præſtant ad confirmationē & correctionem reliquorum. Hæc Irenæus ille, qui ſancti Ioānis Euāgeliſtæ diſcipulum Polycarpum præceptorem audiuit. Nec aliter Tertullianus † docet, qui hæreticis hoc exprobrat, dicens: Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconſtantes. Nunc Neophitos collocant, nunc ſeculo obſtrictos, nunc Apoſtatas noſtros: ut eos gloria obligent, quia ueritate non poſſunt. NVSQVAM facilius proficitur, quàm in caſtris rebellium, ubi

† Lib. de præſcrip. hæreticorum.

ipſum eſſe illic, promereri eſt. Itaq; alius hodie Epiſcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras Laicus. Nã & Laicis * ſacerdotalia officia iniũgũt. Hucuſq; Tertullianus, perpulchrè nobis depingens nõ ſuæ tantùm, ſed huius etiam ætatis præpoſteros mores, & prophanos in turbandis ſacris ordinandisq́; miniſtris conatus ſectariorum oſtendens.

* Vide & Epipha. hæreſi 4.

VIII.

Quæ uirtus eſt huius Sacramenti, & quis effectus?

EXimia certè uirtus eſt, & effectus multiplex. Nam qui ſeptẽ his Ordinibus, quos diximus, ritè initian-

tur, Dei consequuntur gratiam* & potestatem spiritualem, ut quæ ad Ordinum ipsorum functiones proprias pertinent, salubriter exequãtur, ac inter Deũ Deiq; populum idonei ministri sint constituti. Vnde Ambrosius:† In loco Ordinis officij Ecclesiastici positus, gratiam habet, qualisuis sit non uti que propriam sed Ordinis per efficaciam Spiritus sancti.

* Conc. Flor. & Trid. Et August. li. 2. cõt. epist. Parmeniani. & Orig. in ca. 10. li. 1. Regum.

† In 12. ca. 1. Cor.

Habent prætereà ijdẽ *ordinati certum ex eo & illustre testimonium. quo se ministeriaq; sua cõmendent, & comprobent alijs. Ita fit, ut ijs Ordinibus insignes, & in ministerium Ecclesiæ segregati rectè cogno-

* Actor. 6. b. c. 13. a. 14. d. 15. a. g. 1. Timot. 4. d. Titum 1. b. Cypria. lib. 1. Epist. 4. & 6.

ſcãtur, & ſuo in loco ha beantur, meritoq́; honorentur. Væ autem ijs, * quos non Aaronis à Deo uocati exemplum impellit, ſed nouandarum rerum ſtudium ac animi tumor ad inſtar Oziæ Regis, ad Sacerdotalis dignitatis munera quomodocunque occupanda ac arripienda præcipitat. In quos Diuinus ille ſermo rectè cõpetit: * *Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.*

* Num. 16. e. Hebr. 5. b. 2. Para. 26. c. d

* Hiere. 23. d.

Et hos non Eccleſiæ miniſtros habendos, ſed uti* fures, latrones, uulpes, canes & lupos cauẽdos eſſe Scriptura monet: quoniam illi nõ per oſtium ingrediuntur,

* Ioan. 10. a. Cantic. 2. d. Actor. 20. f. Matth. 7. c.

ſed aut propria temeritate, aut propter magiſtratus duntaxat ciuilis uel turbæ popularis fauorē eccleſiaſtica munia ſibi ſumunt, abſque legitima quidem uocatione & ordinatione in ſacra illa munia inuolantes. *Quomodo* * *autem prædicabunt, niſi mittantur?* ut ſegregatus* ille in miniſterium Paulus inquit.

Certè Ordine † confuſo, & ſublato Sacerdotio, Eccleſiaſtica corrueret Hierarchia, quæ tum ex Presbyteris & alijs miniſtris, tum uerò ex Epiſcopis rectè ordinatis conſtat: nec eſſet Eccleſia, quod dicitur, caſtrorum * acies ordinata nec ueri & legiti-

* Rom. 10. c.
* Actor. 13. a.
† Ex Leone & Gregorio, qui citantur etiā diſt. 61. & 89. Dionyſ. in li. eccleſ. hierar.
* Cantic. 6. a.

timi Ecclesiæ ministri internoscerentur: præterea docēdi munus & authoritas uilesceret, Sacramentorum dispensatio infidè præpostereq; curaretur, ac uana etiā foret: functiones demū Ecclesiasticæ perturbarētur, atq; sicut res nunc ipsa nimium docet, nouæ falsæq; doctrinæ per nouos istos falsosq; spōsæ ministros gliscerent, unde grauibus ēt & exitialibus motibus, quos experimur, identidem Ecclesia concuteretur. Quapropter Apostolus Paulus * non modò gradus ministrorum in Ecclesia diuersos posuit, uerùm etiam quàm salutares ac necessarij essent, adiunxit; ut affir-

* 1. Cor. 12. d.

* Ephes.4.c.

met * diuinitus eos esse datos Ecclesiæ, quemadmodum antè dictũ fuit, *ad consummationẽ Sanctorum in opus ministerij, in ædificationẽ corporis Christi: & ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.*

* Ire. li.3.c.2. & lib.4.ca.43. Optatus li. 2. contra Dona. Aug.epi.165. Itẽ cõtr.epist. Fund. c. 4. & in psalmo cõtra partẽ Donatist. Tert. de præscrip.hæretic.

Et est profectò illustris hæc nota* Ecclesiæ, multoq; certissima, quòd uidemus perpetuam illã, nullaq; hactenus ætate interruptam Episcoporum ac legitimorum in ea ordinum successionem, quos Deus in ea ad huius regni sui gubernationem integram collocauit. Eoque magis ministrorum isthæc institu-

institutio, tanquam nexus firmissimus Ecclesiæ, & conseruandæ unitatis pulcherrimum uinculum, sedulo retinenda, & in malis etiam Ecclesiæ ministris (uti diximus) propter Diuinã ordinationem est usque honoranda. Quod Augustinus intelligens, † In illum, inquit, ordinem Episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro usque ad Anastasium, qui nunc eandem Cathedrã sedet, si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis: quibus Dominus prouidens, ait de Præpositis malis: * *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt,*

† Epist. 165. Nicolaus 1. ad Nichaelẽ imper. tit. 6. c. 6.

* Matth. 23. a.

consanguinitatis & affinitatis, aliaq; id genus matrimonium uel prohibentia, uel dirimentia, minimè intercedāt.

Tridient. sess. 24. canon. 1.
† Gene. 24. g.
Tobiæ 7. c. d.
Ambr. de instituti. uirginis. c. 6.

Cuius quidē cōiugalis coniunctionis si primarium authorē * quæris, Deus est Opt. Max. qui primos cōiuges & humani generis parētes in ipso paradiso coniunxit, suaque benedictione cohonestauit. Sin finem institutionis spectas, est humani generis ad Dei gloriam * propagatio, & coniugum inter se familiaris fidusq; † conuictus: ac prætereà * fornicationis in hac naturæ corruptæ imbecillitate deuitatio.

* Callistus 1. epi. 2.
Later. can. 50.
Trid. sess. 24. de refor. Matrimon.
* Gene. 2. d.
Matth. 19. a.
1. Corin. 7. a.
Ephes. 5. g.

* Genes. 2. d.

† Chryso. homil. 20 in epi. ad Eph. in morali exhort.
* 1. Cor. 7.
Aug. lib. 9. de gen. ad lit. c. 7.
Chry. in ps. 43

II.

Qua ratione Matrimonium est Sacramentum?

* Amb. in ca. 5. Ephes. Aug ut suprà. Conc. Florentinum. Trid.

QVatenus * ea coniunctio, quæ inter uirum & uxorem arctissima intercedit, congruum & sacrum est signum diuinitùs institutum, quo Christi sponsi & Ecclesiæ sponsæ coniunctio sanctissima firmissimaque designatur.

* Tob. 3. c. 6. c. 8. b. Euaristus ep. 1 Triden. c. 1. re for. matrim.

† Chrys. homil. 20. in epi. ad Eph. Amb. lib. 1. de Abraham c. 7.

* Gene. 2. d.

Hóc ipsum signum Christianis cõiugibus, quando matrimoniũ ritè * auspicantur, ad gratiam Dei prodest accipiendã. Quæ gratia coniugibus naturalem † perficit amorem, & indissolubilem unitatem confirmat, eosq; sanctificat, ut non modò duo sint, *

maneantq; in carne una ſecundum ſuam uocationem, uerùm etiam ut mutuam inter ſe fidem, pacem, dilectionem & cōſenſionem maximam uſq; conſeruent. Atque ita in eis efficitur, quod Apoſtolus *docet, *honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus*. * Hebr. 13. a.

Proinde Paulus *idē, ubi coniunctionis eiuſmodi tractat myſteriū, perſpicuè dixit: SACRAMENTVM HOC MAGNVM EST, *ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia*. Sic & Auguſtinus: Non tantùm, inquit, * fœcunditas cuius fructus in prole eſt, nec tantùm pudicitia, cuius uinculum eſt fides, uerùm

* Epheſ. 5. g. Ambr. ibidē. Leo ep. 92. ad Ruſticū Nar.

* Li. 1. de nuptiis & concupiſcentia. c. 10. & 21.

etiam quoddam Sacramentum nuptiarum cõmendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus: * *Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam.* Et † rursus: In nuptiis plus ualet sanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas uentris.

* Ephes. 5. f.
† Aug. lib. de bono coniugali cap. 18.

III.

An dirimi unquam potest Matrimonium?

Matrimonium dirimi non posse, sed illius nexum indissolubilem esse, primi hominis uerba illa demonstrant, * *Relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Quam rem Christus *

* Gen. 2. d.
* Matth. 19. a.

quoq; confirmauit, cùm Adæ uerba ueluti diuina repeteret, illud etiã adiungens, *Quos Deus coniunxit, homo non separet*. Atque alibi docet, * *Omnis qui dimiserit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à uiro ducit, mœchatur*. Hanc porrò Dei legem & inuiolabilem ordinationem de perpetua coniugalis nexus firmitate Paulus* illustrãs, *His*, ait, *qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à uiro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat*. Ac posteà* subiicit: *Mulier alligata est legi, quanto tem*

Marci. 10. b. Origen. ho. 7. in Matth.

*Lucæ 16. d. Marci 10. b. Rom. 7. a. Can. Apo. 48.

*. 1. Cor. 7. b. Aug. de adult. cõiug li. 2. c. 5 Conc. Mileuitan. c. 17.

* Ibidem. g.

pore uir eius uiuit.

Et si igitur nulla etiã speretur * proles, & quælibet uitæ incommoda, durissimiq; casus accedant, tamen contractũ semel matrimonium ualet, adeoque ratum & firmum est, si præsertim sit consummatum, ut usq; indissolubile in omni uita perseueret. Vnde non potest alter coniugum ab altero in uniuersum diuertere, nisi fortè priusquam inter coniuges carnale commercium intercesserit, religiosæ † uitæ institutum suscipiatur. Vbi uerò causæ quædam offerunt sese, ob quas aliquando coniuges separentur, non idcirco uinculum soluitur, *sed tho

* Aug. de bono cóiug. c. 7. 15. 18. 24. Hiero in epitaph. Fabiolæ.

† Decretal. li. 3. titu. 32. c. 2. Trid. sess. 24. canon. 6.

* Conc. Flor.

ri & cohabitationis cõmunitas., quæ antea fuit, impeditur.

Trid. ſeſſ. 24. can.7. & 8.

Cuius rei cauſam in Chriſto ipſo ſtatuemus, qui ſumma, perpetua & inſeparabili prorſus unione * Eccleſiam, ſponſam illam unicam ſemperq́ue charisſimam, ſibi adiunxit atque copulauit. Neq; ſolùm hæc ipſa, quæ inter uirum & uxorem eſt, coniunctio, uinculi coniugalis habet firmitatẽ, uerùm etiam omnem inde Polygamiam, * ne uni uidelicet uiro plures nubant, aut una pluribus detur maritis, penitus excludit. Quare Chriſtus, ut Matrimonium & certius confirmaret, & ad puriorem primæ-

* Epheſ.5.f.g. Cãtic.5.a.b.c.

* Iſid.lib.2.de off.eccl. c. 19. Tridẽ ſeſſ. 24. canon.2.

uumq; illum ſtatum reuocaret, ſignificanter dixit: *Erunt duo in carne una*. Et rurſum: *Iam non ſunt duo, ſed una caro*.

Geneſ.2.d. Matth.19.a Marc.10.b.

IIII.

Eſt'ne permiſſum omnibus Matrimonium?

Minimè. Tradiderũt enim ſancti Apoſtoli, ut * Epiphanius inquit, peccatum eſſe, poſt decretam uotoq; firmatam uirginitatem ad nuptias conuerti. Idq; tale ac tantum eſſe peccatum aſſerit Hieronymus†, ut dicat, Virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteras, quàm inceſtas eſſe. Et Auguſtinus*ait: Virgo,

* Epiph.hæreſi 61.cõtra Apoſtolicos.

† Hiero.1.cõtra Iouinianũ. Baſil. de uirginitate ep.185.

* In Pſal. 83.

quæ si nuberet, non peccaret, sanctimonialis si nupserit, Christi adultera reputabitur. Respexit enim retrò de loco, quò accesserat.

Proinde quod Apostolus habet, * *Melius est nubere quàm uri*, prout † Ambrosius disertè pronunciat, ad non pollicitam, ad nondum uelatam pertinet. Cæterùm quæ se spopondit Deo, & sanctum uelamen accepit, iam nupsit, iam immortali nupta est uiro: & si iam uoluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Sic Ambrosius. Vnde semper laudatum fuit Iouiniani * Imperatoris Rescri

Vide eundem in ps. 75. & de bono uiduit. c. 8. 9. & 11.
Oecu. in 1. Cor. 7.
Cypr. lib. 1. epi. 11.

* 1. Cor. 7. b.
† Lib. ad uirginem lapsam cap. 5.
Hier. li. 1. in Iouin.
Aug. lib. 1. de adult. côiug. c. 15. & ca. 8. de bono uiduitatis.
Oec. in 1. Corin. 7.
Isidor li. 2. de off. eccl. c. 17.

* Sozom. Li. 6.

ptum, & à Iustiniano Imperatore in Codicē relatum † quod sic habet: Si quis non dicam rapere, sed attentare tantùm iungendi causa matrimonij sacratissimas uirgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.

hist.c.3. & Niceph. lib. 10. cap. 39.

† L. Si quis. C. de sanct. Epis. & Cle.

Iam de * Monachis, & † sacris ordinibus initiatis eadem ratio, idem iudicium est prorsus: damnationē enim habent, si laxatis libidini habenis, primam fidem DEO & Ecclesiæ datam fefellerint, seu, ut Apostolus *loquitur, irritam fecerint. Qui ultrò se abdicarunt coniugio, dum seruandū perpetuò Cœlibatū aut uoto expreßè nuncupato

* Basi.q̄st. 14. diff. expl. Item ser. 4. exercitamentorū pietatis.

Constitutionum exercitatoriarum, c. 21. epi. 183. & 184.

Chry. ep. 6. ad Theodorum laps.

Leo epist. 92. c. 13.

Aug. in ps. 75. & ser. 1. de cō muni uita cle.

Chalc. synod.

firmarunt, aut sacrorum Ordinum suceptione saltem tacitè † comprobarunt, atque testati sunt.

Audiant igitur Verbum Dei, * *Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere.* Et, *Quodcunqe uoueris, redde.* Tum alibi, * *Vouete & reddite Domino Deo uestro.* Nam & Christus ipse docet: † *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno Dei.*

V.

Cogit igitur ad Cœlibatum quosdam Ecclesia?

NOn cogit sanè pia prouidaq; mater, quæ legē Cœlibatus nemini imponit: ab ijs uerò qui legem eam, uti

c. 16.
† Epiph. hæresi 59. & in cōpend. doctrin.
Hiero 1. cōtra Ionin. & aduersus Vigilancium.
Aug. 2. de adult. coniug. cap. 20.
Greg. lib. 3. epi. 34.
Leo ep. 92. ad Rusticum c. 3.
Ber. ser. 65. in Cantic. Trid. sess. 24. can. 9.
* 1. Tim. 5. b.
† 6. decret. tit. 15.
* Eccle. 5. a. Ibidem, & Deut. 23. d.
* Psalm. 75. b.
† Luc. 9. g.

dictum est, ultrò recepe runt, exigit *, ne soluant religionem, ne'ue conuẽ tionem quam cum Christo & eius Ecclesia sanctè iniuerunt, uiolent atque rescindant.

† Beda li. 3. de tabern. & uasis eius c. 9. & in Lucæ cap. 1. Hiero. in c. 1. ad Titum, & in apol. pro lib. Iou. Ori. hom. 23. in Nu. Ambr. epi. 82. & 1. offi. c. 50. Euseb. 1. demonst. euangel. c. 9. Vide Can. dist. 28.

Meritò igitur urgen- t[illegible] i stare promissis, & seruare quod semel firmiter amplexi sunt, consilium Euangelicum: de quo Paulus: *Et qui matrimonio iungit uirginem suam, benefacit* (quãdiu silicet uoto cœlibatus † adstricta illa non est) *& qui nõ iungit, melius facit.* * Ac rursus: *Bonum est homini mulierẽ non tangere.* Quocirca laudantur à † Christo, & in Ecclesia semper apprimè laudati fuerunt * Eunuchi Euangelici, siue, uti Tertullianus

* 1. Cor. 7. g.
† Theoph. ibi. Hier. li. 1. cõt. Iouinianum. Greg. in c. 15. lib. 1. Regum. Epipha. hæres. 61.
* Ibidem a.
† Matth. 19. b.
* Esaiæ 56. & ibidẽ Hieron.

† uocat; ſpadones uoluntarij, qui ſeipſos propter Dei regnum caſtrauerunt, ut ſint ſancti * corpore & ſpiritu, Deo in carne ſine carne militantes.

Baſi.l.de uirg. Aug. de ſancta uirg. c. 24. & 25.
† Lib. 1. ad uxorem.
* 1. Cor. 7. g.

Vbi duplex error nobis eſt ualde cauendus: alter eorum, qui cum Iouiniano Matrimonium ſic extollunt, ut aut * æquent, aut † anteponãt hunc ſtatum cœlibatui ſeu uirginitati, cùm Paulus * quidem & Patres omnes apertè reclamẽt: alter eorum qui fingunt continentiam & cœlibatũ ab hominibus Chriſtianis uix poſſe præſtari, ideoq; nulli eum facilè ſuſcipiendum, aut ſanctè promittendum eſſe contendunt. Nec intelli

* Hieron. in Iouinianum. Auguſt. hæreſi 82.
† Trid. ſeſſ. 24. canon. 10.
* 1. Cor. 7. g.

gunt isti Euãgelicæ gratiæ ubertatem, quæ talis ac tanta per Christũ tot seculis data est, & quotidie datur credentibus,† petentibus, quærentibus, pulsantibus, ut hi iugũ Domini suaue & continentiæ uiam non minus sibi commodã, quàm salutarem experiantur. Inter quos erat & Paulus palàm affirmans, *Fidelis Deus est, qui non patietur uos tentari supra id quod po.estis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum.* Quamobrem Augustinus* ubi locum illum: Vouete & reddite Domino Deo uestro: explicat, ita scriptum reliquit: Non sitis pigri ad uouendũ. Non enim uiribus uestris im

† Aug.6. & 8. confess. c. 11. Orig. Hier. Chry. in Mat. cap. 19.

1. Cor. 10. c.

*Aug. in ps. 75

. plebitis. Deficietis, si de uobis præsumitis. Si autem de illo cui uouetis, uouete, securi reddetis. Et idem alibi: *Felix necessitas quæ ad meliora compellit. * Epist. 45.

VI.

Quæ est summaria doctrina superiorum?

QVAE pro instituta dicta sunt hactenus breuitate, eò sunt demum referēda, ut habeant simplices assertionem Catholicam de septem Ecclesiæ Sacramentis. Quæ duplicis quidem esse generis inueniuntur.* Alia enim, ut priora quinque, singula rem uniuscuiusq; fidelis salutem promouent: alia uerò, duo uidelicet * Conc. Florē.

posteriora, multiplicando Dei populo & Ecclesiæ propagandæ deseruiunt. Vtrunque autem illud ex Diuina, nobisq; necessaria institutione efficiunt.

Enimuerò Baptismus *ad spiritualem uitam, quæ in Christo, regenerat. Confirmatio *uires porrò ac robur addit Regenerato. Eucharistia*cibus, potus ac uiaticum est peregrinanti. Pœnitentia* præsens aduersus omnes animi morbos pharmacum, lapsum hominem erigit, curatq; uulneratũ. Succedit extrema* unctio, quæ in postrema cum morte lucta munit atque cõsolatur emigrantem. Ordo deinde * mi

* Ioan. 3. b. Tit. 3. b.
* Actor. 8. c.
† Ioan. 6. f.
* Ioan. 20. f. Ezech. 18. g.
*
† Iacob. 5. d.
* Titum 1. b. 1. Cor. 4. a.

niſtros præbet Eccleſiæ, qui ſacris præſint, ac ſu periora omnia ritè procurẽt, diſpenſent, conſer uent & applicent. Deni que Matrimoniũ* Chriſtianam gentem propagat, & humanæ prouidet incontinentiæ.

* Epheſ.5 f g. 1.Cor.7.a.

Vbi etiam iſtud diſcrimen retinẽdum eſt, quòd Baptiſmus, Confirmatio & Ordo ſemel collata, nunquam * iterentur. Baptiſmus item neceſſariò ſuſcipitur† ab omnibus. Euchariſtia * à ratione utentibus: & à relapſis† Pœnitentia. At eſt arbitrarium uti reli quis, modò nullum con temnas aut negligas in tempore.

* Conc. Flor. Trid.ſeſſ.7. can.9.de ſacr. Aug.cõt.epiſ. Parme. c. 13. † Ioan.3 b. * Triden. ſeſſ. 21. cap. 4. † Apocal.2.b.

Hæc ſunt igitur antidota, diuinaq; remedia,

quæ miſericordia plenus ille*Samaritanus inſtituit, & Eccleſiæ præpoſitis diſpenſanda concredidit, nimirũ ad probè curãdos ægros,id eſt, peccatores omnes in Eccleſia, quoad illi, ſi uelint, uerã perfectamq; ſanitaté adipiſcãtur. Quæ quidẽ remedia ritè cognoſcere, ſalubriter accipere, atque fideliter etiam alijs applicare,nõ artis profectò humanæ, ſed Chriſtianæ eſt ſapiẽtiæ. De qua cũ ſatis dictum ſit hactenus,quem admodũ præſentis inſtituti ratio tulit, reliquũ eſt, ut Chriſto duce ad alterã huius operis partẽ, quæ CHRISTIANAM IVSTITIAM continet, porrò tranſeamus.

*Lucæ 10. f. 1. Cor.4.a. Ioan.20.e.

Ecclesiastici IIII.

SAPIENTIA filijs suis uitam inspirat, & suscipit inquirentes se: & præibit in uia IVSTITIAE: *& qui illam diligit, diligit uitam.*

Iustus pro iniustis mortuus.
I. Pet. III.




Vt peccatis mortui, Iustitiæ uiuamus. ibidem.

DE IVSTITIA Christiana.

I.

Quæ'nam pertinent ad Iustitiam Christianam?



Vmmatim duo, quæ his uerbis cōtinētur: † *Declina à malo, & fac bonum*: sicut & Esaias docet: **Quiescite agere peruersè, & discite bene facere.* Hoc est, quod Paulus * monet, ueterem cum actibus suis exuendum, & nouum hominem in iustitia & sanctitate ueritatis induendum esse.

Chry. in ps. 4. Prosper senté. 98. ex Augu.

† Psal. 36. e. Psalm. 33. c.

* Esaię 1. c.

* Colos. 3. b. Eph. 4. b.

Prius est in cognoscendis fugiendisq; peccatis positum, quoniam ea ipsa maxima sunt mala mortalibus: posterius uerò in bonis expetendis atq; cōsectandis uersatur. Vt autem iustitiæ hoc officium utrunq; * præstemus, Dei gratia per Iesum Christū nobis parta & promissa, semperque necessaria est. * Ea uerò præeunte atque cooperante, efficitur id in nobis, quod Ioannes affirmat:* *Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille* (Deus) *iustus est.* Addit porrò, *Qui facit peccatum, ex Diabolo est.*

* Bern. ser. 1. de pētecoste.

Aug. de gratia & lib. arb. c. 15. & 18. Basi. serm. de libero arbit. Hier. 8. in Iou.

* 1. Ioan. 3. b.

II.

Quid eſt peccatum?

AVguſtino * teſte, Peccatum uoluntas eſt retinendi uel conſequendi quod Iuſtitia uetat, & unde liberum eſt abſtinere. Et alibi docet †, Peccatum eſſe dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Ambroſius uerò *, Quid eſt Peccatum, inquit, niſi legis diuinæ præuaricatio & cœleſtium inobedientia præceptorum

* Lib. 1. Retractationũ c. 15.

† Lib. 22. cõt. Fauſtum, c. 27.

* Lib. de Paradiſo cap. 8.

III.

Quotuplex uerò Peccatum eſt?

TRiplex, Originale, Mortale ac Veniale.

Primum Originale uo

camus, quod à primo humani generis parente Adam transfuſum, nobisque in ipſa conceptione contractum, per Baptiſmum in Chriſto tollitur. De quo Paulus in hũc modũ *Per unum hominem, inquit, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et rurſus ad baptizatos loquens, ut uim Chriſtiani baptiſmi ad hoc quoque peccatum expiandum porrigi oſtẽderet, apertè teſtatur: *Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri.

*Rom. 5. b.

* 1. Cor. 6. c.

Mortale uerò, eſt pec

catum (ut uocant) actuale, quod uitam spiritualem eripit, ac mortem adfert animæ peccãtis: quæ mors & à Deo, Deique regno separat, & supplicio æterno dignũ facit. Vnde scriptũ est, **Stipendia peccati mors* † *Iniustitia mortis est acquisitio, Impÿ autem manibus & uerbis accersierũt illam.* * Rom.6.d. † Sapien.1.d.

Demum Veniale peccatum est actuale quidem, sed quod Dei inimicum hominẽ non efficit, cuiusq; à Deo uenia fidelibus facilè impetratur. De hoc Ioãnes dixit: **Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est.* Nã & Iacobus apertè fatetur, **In multis offendimus* * 1. Ioan.1.d. * Iacobi 3.2.

Ecclesiastis 7. c. *omnes*. Et si Sapienti credimus, * *Septies cadit iustus in die, & resurgit*.

* Proue.24.b.

Iam uerò peccatum unũ altero esse grauius constat, & quidem grauiori pœnam maiorem deberi, non solùm humanæ, sed etiam diuinæ est iustitiæ cõsentaneũ. Proinde Christus inter culpam pœnamq; scienter ac ignoranter peccãtis ita discreuit, * *Ille seruus*, inquit, *qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, plagis uápulabit multis: qui autem non cognouit & fecit digna plagis, uapulabit paucis*. Alibi uerò idẽ de peccato iræ eiusq; gradibus loquens, hanc tulit senten

* Lucæ 12.f.

tiam, *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autẽ dixerit fratri suo, Racha, reus erit cõcilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis*. Vbi per gradus culpæ creuit ordo sententiæ, ut Gregorij * uerbis utamur, dum ira sine uoce, Iudicio: ira in uoce, Cõcilio, ubi causæ sententia definitur: ira uerò in uoce atq; sermone, geheunæ ignibus mancipatur.

* Matth. 5. c.

* Gregor. 21. moral. c. 5. Chrysos. in 5. cap. Matth.

IIII.

Quare peccatum est Fugiendum?

PRimùm, quia DEVS *nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spaciũ peccandi*, sed* odit omnes qui operãtur iniquitatem, ut apertè scri-

Ecclesia. 15. d.

* Psalm. 5. a.

ptura teſtatur. Nec eſt quicquã Deo magis inuiſum ac exoſum, qui * diligit alioquin omnia quæ ſunt, & præter peccatum nihil odio atque ſupplicio perſequitur, illudque nec in cœlo, nec in terra ſinit impunitum abire.

* Sapien. 11. d

Deinde peccatũ, ne parum execrandum uideatur, Christo Domino, qui aliqouin peccatũ nõ fecit, cauſam præbuit ſubeundæ crucis & acerbiſſimæ mortis perferendæ. Etenim * *ipſe uulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrũ.* Ac propterea quidem lauit *nos â peccatis noſtris

* Eſaiæ 53. b.

* Apocal. 1. b.

in ſanguine ſuo,ut quot quot cum ipſo per baptiſmum* in mortẽ con ſepeliuntur,hi peccatis* mortui, iuſtitiæ uiuant, ac in *nouitate uitæ per ipſius gratiam ambulẽt continenter. Cæterùm qui poſt acceptam in baptiſmo Chriſti gratiam, iterum uoluntariè peccant, in Chriſtum peccant, Chriſtũ perſequuntur, Chriſtũ denuò crucifigunt, quos Chriſto iuſto iudici pœnas haud minores, quàm ſceleratos æthnicos,dare oportebit. Sic enim Paulus docet: * *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam ueritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hoſtia,terribilis autem quædam expectatio in*

* Roman.6.a.
* 1 Petr.2.d.
* Roman.6.a.
* Hebr. 10.e.

dicij. De quibus & Apo
* 2. Pet. 2. d. ſtolus Petrus dixit, * *Me*
lius erat illis non cognoſce-
re uiam iuſtitiæ, quàm poſt
agnitionem retrorſum con-
uerti, ab eo quod illis tradi
tum eſt ſancto mandato.
* 1. Cor. 10. c. Quare qui ſtat, uideat*
ne cadat: nam cadendo
poſteriora prioribus de
teriora fiunt.
* Tobiæ 12. c. Præterea * *qui faciūt pec*
catum & iniquitatem, ho-
ſtes ſunt animæ ſuæ, ſi Ra-
phaëli credimus. Nam
*Sapien. 26. b. *homo * per malitiam occi-*
dit animam ſuam. *Anima*
* Ezech. 18. a. * *quæ peccauerit, ipſa mo-*
rietur. Nihil autē ea mor
te infelicius, qua homo
à Sanctorū omnium cō-
ſortio, ab Angelorum &
cœlitum gaudio, atq; ab
ipſo denique ſummo &
æterno bono, in cuius

cognitione ac fruitione sanè omnis salus & perfecta hominis beatitudo consistit, in æternum separatur.

Adhæc ea peccati natura est atque malignitas, ut non solùm à Deo Deique gratia & gloria homines etiam † iustos abducat, sed prætereà summis æternisq; malis cum corporis tũ animæ subijcit: nec solùm in hac, sed etiã in futura uita infelicissimos reddit, ut in potestatem dæmonum redacti, supplicijs grauissimis & malis omnibus perpetuò addicantur. Hinc notanda sunt in Scripturis sacris, quæ passim de reprehensis ac punitis peccatoribus exempla pro-

† Ezec. 18. e. f.

* Gen 4. b.
† Exod. 14. g.
* Daniel. 4. f.
† Genes 19.e.
Ezechiel. 16 f
* Exod. 8. 9. 10.12.14.
† Deut. 32.c.d

feruntur, ut de* Cain, † Pharaone, * Nabuchodonosore, † Sodomitis, * AEgyptijs, † Israëlitis & cæteris, quorum scelera iustus Deus miris ac horrendis modis est persequutus. Obseruandæ quoq; sentētiæ, quæ peccatorum pestes fugiendas & execrandas docēt. Vt, * *Qui facit peccatum, seruus est peccati. Odio* * *sunt Deo impius & impietas eius.* † *Miseros facit populos peccatum. Quasi à* * *facie colubri fuge peccata.* † *Non Deus uolens iniquitatem tu es, neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Qui* * *in uno peccauerit multa bona perdet.* † *Omnibus diebus uitæ tuæ in mente habeto Deum, &*

* Ioan.8.d.
* Sapien.14.b
† Prouer.14 d
* Eccles.21.a
† Psalm.5.a.
* Ecclesiastis 9. d.
† Tobiæ 4.a.

caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri.

Hæc eò spectant, ut æquissimum peccatorũ uindicem Deum homo cognoscat, cognoscẽdo timeat, timendo caueat saluti suæ, & cauendo pœnas euadat horribiles peccatorum. * *Multa enim flagella peccatoris.*

* Psalm. 31. c.

V.

Quæ uia ad peccati foueam ducit?

TRibus præcipuè gradibus *ad peccatum peruenitur: Suggestione, delectatione, consensu.

* Aug. li. 1. de sermone Domini in mõte, cap. 23. & lib. 12. de Trinit. cap. 12. Item Grego. hom. 16. in euang.

Suggestione quidem hostis, dum nobis praua ingeritur cogitatio, siue tẽtatio à mundo, carne.

uel Satana: delectatione autem nostra, dũ animo iam nimium adlubescit, quod praua suggessit tentatio: demum, & proprio consensu, dũ in peccatum ipsum uoluntas allecta consentit deliberatè. Ex quo sanè consensu peccatum iam

* Iacob. 1. b. Beda ibidem.

*consummatur, ut hominem non modò immundum iniquũmq; faciat, & spiritualiter occidat, uerumetiam corã Deo gehennæ obnoxiũ reddat, etiamsi non semper opere perpetretur. Vnde non temerè dictũ est illud †: in suggestione semen, in delectatione nutrimentum, in consensu perfectionem inesse peccati.

† Greg. ad. interr. 11. Aug.

Quod si exactius con

ſideremus, qui ſoleant gradus eſſe peccati, im primis oritur ex * ſuggeſtione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione cōſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione peccati defenſio, ex peccati defenſione gloriatio, ex gloriatione damnatio. Hæc eſt demum longa illa & horrenda peccatorum catena: hi funes atq; cōpedes, quibus adſtrictum hominē Satanas nunc in omne genus malorum, ac tandem in tartaream abyſſum præcipitat infeliciſſimè. Atq; idcirco plurimum refert, peccato-

* Ex Gregorij Magni moraliū lib.4.c.27.

rũ gradus eiuſmodi atque propagines, ne fallamur atque periclitemur, ſtudiosè diſcernere & obſeruare.

VI.

Quomodo peccata facilè deuitantur?

PRimùm quidem, ſi quæ peccatis mala & pericula ſuccedant, prouideamus: deinde ſi illorum initijs prauisq; ſuggeſtionibus, quibus ad peccandum facilè ſollicitamur, ſtatim occurramus atque repugnemus fortiter: poſtremò ſi uirtutes peccatis contrarias exercitare nitamur, Chriſto in his omnibus auxiliante.

Monet igitur Eccleſiaſticus: *Poſt concupiſcẽ

* Eccl. 18. d.

tias tuas non eas, & à uo lūtate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Vnde Diuinum etiam oraculum pronunciat: † *Nonne ſi bene egeris, recipies? ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit: ſed ſub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Atque hic locū habet armatura † ſpiritualis, qua uult Paulus Christi milites aduerſus peccatum & inſidias omnes Diaboli eſſe munitos, ut peccato repugnare, in die malo reſiſtere, & omnia tela nequiſſimi extinguere poſſint.

† Gen. 4. a.

† Epheſ. 6. b c. Heb. 12. b.

DE SEPTEM peccatis capitalibus.

I.

*Quæ ſunt peccata præci-
puè animaduertenda?*



A nimi-rum, quæ dicuntur Capita-lia, quòd ſint ueluti fontes, uel capita reliquorum, & è quibus uelut ex corrupta radice, peſtiferi planè fructus naſcuntur, & longa quaſi ſtirpe omnis generis uitia, turpitudines, ſcandala, damna, curruptelæ, ac peſtes humani generis deſcendunt, & ui ma-

gna profluunt.

II.

Quot sunt peccata eiusmodi Capitalia?

SEptem, quæ sic numerãtur: Superbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Acedia. Sed ut hæc maximo semper odio prosequẽda fugiendaque, sic Virtutes septem, quæ peccatis illis opponuntur, summo quidem studio & amore, si uitam animæ quærimus, sunt consectandæ. Superbiæ contraria est Humilitas, Auaritiæ Liberalitas, Luxuriæ Castitas: cum Inuidia pugnat Charitas, Gulæ opponitur Abstinẽtia, Iræ Patientia: demum Acediæ Deuotio, seu pia se

De his Greg. lib. 31. Moral. c. 31. Cassian. lib. 5 & sequentib. Item Colla. 5.

dulitas, sedulaq; pietas aduersatur.

III.

Quid est Superbia, & quas gignit filias?

*Vide Chrys. hom. 43. ad popul. Antioch. Bern. de gradibus humilit. Prosp. ad Demetriad. Isidor. de summo bono l. 2. c 38.

SVperbia* est inordinatus appetitus excellentiæ, siue intus lateat in animo, siue extrinsecus etiam sese prodat.

*Greg lib. 31. moral. c. 31. Prosp. li 3. de uita cótemp. cap. 2.

Hæc etsi uitiorũ quidem omniũ mater, princeps *ac regina est: præcipuè tamen infelicem hanc sobolẽ gignit, Inobedientiam, iactantiã, hypocrisim, contentionem, pertinaciam, discordiam, curiositatem.

Psalm. 18.

Vt autem delictum hoc maximum caueatur, Tobias in hunc modum admonet: * *Super-*

*Tobiæ 4. c.

*bi. m nunquam in tuo sensu, aut in tuo uerbo dominari permittas: in ipsa enim*initium sumpsit omnis perditio*. Hinc Apostolica illa doctrina:*DEVS *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Imò si Ecclesiastico credimus, *Odibilis est coram Deo & hominibus superbia. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gẽtibus. Quid ergo superbis terra & cinis?*

* Ecclesiasti. 10. b.

* Iacob. 4. b. 1. Pet. 5. b.

Ecclesiastici 10. a.

Ibidem c.

Ibidem b.

IIII.

Quid est Auaritia, & quarum filiarum mater?

AVaritia* est habẽdi appetitus inordinatus. Auarus enim rectè iudicatur, non solùm qui rapit, sed etiam

*Consule Basil. in orat. de auarit. Prosp. li. 3. de uita contemp. c. 4.

Isidor. de summo bono lib. 2. c. 41. Aug. lib. 3. de libero arbit. ca. 17. & ser. 169. de temp. *Grego. li. 31. moraliũ ca. 31

qui concupiscit aliena, uel cupidè seruat sua.

Filiæ * sunt huius pessimæ matris, Proditio, fraus, fallacia, periuriũ, inquietudo, uiolentia, immisericordia, seu inhumanitas, & cordis duricies. Damnat hoc uitium Apostolus *, ut Idolorum seruitutẽ dixerit: nec eo contentus, ita scribit: *Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorũ est cupiditas.* Et alibi scriptum habemus,* *Auaro nihil est scelestius.* Item, *Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam.* Hic enim

* Ephes. 5. b.

* 1. Timo. 6. b.

* Ecclesiasti. 10. b.
Ibidem.

& animam suam uenalem habet. Et Christus ipse testatur: * *Non potestis Deo seruire & Mammonæ.* Et iterum: *Nolite solliciti esse in crastinum.* Quod Paulus etiam explicatius reddens, ita monet, * *Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Ipse enim dixit, Non te deserã neque derelinquam: ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor.* * *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.*

* Matth. 6. c.
Ibidem d.
* Hebr. 13. a.
* 1. Tim. 6. b.

V.

Quid est Luxuria, qualemq; sobolem gignit?

LVxuria* est appetitus inordinatus impuræ & libidinosæ uoluptatis. Gignit† autem ex se mentis cæcitatem,

* Videatur Prosper de uita contemp li. 3. cap. 6. Isidor. de summo bono lib. 2. ca. 39.
† Greg. ut sup.

inconsiderationẽ, inconstantiam, præcipitationem, amorem sui, odiũ Dei, desiderium huius uitæ nimium, mortis futuriq́ue iudicij horrorẽ, ac fœlicitatis æternæ desperationem.

Aduersus hoc peccatum, quod sapiẽtes amẽtes, & homines penè pecudes facit, ita Paulus: *Fugite fornicationem. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.* Quamobrem & alibi in hunc modum scribit: *Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet Sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non per

* 1. Cor. 6. d.

* Ephes. 5. a.

tinent, ſed magis gratiarum actio. Ac mirum eſt ſanè, ingenti pudore nō affici Chriſtianos, qui coram Deo & angelis eius fœda ſe libidine polluunt, cùm corpora membraq; ſua Spiritui ſancto & Chriſto Domino ueluti templa pura in baptiſmo conſecrârint. Hinc iterū Paulus; * *An neſcitis, quoniam membra ueſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in uobis eſt, quem habetis à Deo, & nō eſtis ueſtri?* Tum rurſus, *Neſcitis, quoniam corpora ueſtra, membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis?* Ac demum ita concludit: * *Empti eſtis precio magno: glorificate & portate Deum in corpo-*

* 1. Cor. 6. d.

* Ibidem.

*Hebr. 13. a. *re uestro: * Fornicatores autem & adulteros iudicabit Deus.*

VI.

Quid est Inuidia, & quas procreat filias?

* De hoc peccato scribit Cyp. ser. de zelo & liuore. Basil. in orat. de Inuidia. * Chry. ad pop. ho. 44. & sequ. Prosper lib. 3. de uita contempl. cap. 9. Isidor. de summo bono lib. 3. cap. 25.
† Aug. li. 11. de genesi ad lit. c. 14. Prosp. sente. 292.
*Greg. ut sup.
† Genes. 4. a.
* 1. Reg. 20. f

INuidia * est tristitia de bono alterius, & odiũ alienæ fœlicitatis respectu superiorũ, quia eis nõ æquatur: & respectu inferiorum, ne sibi æquentur: & respectu pariũ, quia sibi æquantur, ut Augustinus † inquit. Filias * uerò procreat odium, susurrationem, detractionem, in aduersis aliorum rebus exultationem, in prosperis afflictionem.

Certè Cain † Abel germano fratri, & Saul * Dauidi destinato regi gene-

generoq; suo legitur inuidisse. Hoc execrādum crimē, præterquā quod ab omni est charitate & humanitate remotum, homines etiam dæmonibus persimiles reddit. * *Inuidia* enim *Diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illū, qui sunt ex parte illius.* Rectè igitur Apostolus monet: * *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.* * Sapien. 2. d. * Galat. 5. d.

VII.

Quid est Gula, & quæ nam illius filiæ?

GVla est cibi ac potus appetitus inordinatus. * Filias habet ineptam lætitiam, multiloquiū, scurrilitatem, *Greg. ut sup.

spurcitiem, sensuum & intellectus hebetudinẽ.

Quid uerò fœdius, quàm* hominem à beluis naturali quadã frugalitate contentis superari, dum uentris, crapulæ & uinolẽtiæ quasi mãcipium agit, dum bona dissipat, ualetudinem lædit, morbos accersit, ac uitam demũ ipsam abrumpit eripitque sibi? Nam uerè dictum est illud: *Propter crapulã multi obierunt: qui autem abstinens est adijciet uitam.* Itẽ, **In multis escis erit infirmitas.* Iubet ergo Christus, **Attendite uobis, ne fortè grauentur corda uestra in crapula & ebrietate.* Cæterùm ab ebrietate nos reuocans Paulus, *Nolite,* * ait, *inebriari uino;*

*Legatur Basilius in orat. cõt. ebriosos. Aug. de tempore serm. 231. 232. Chrys. in ser. contra luxum & crapulam. Isid. lib. 2. de summo bo. c. 42. & 43. Ambr. de Helia & ieiun. c. 12. & sequ.

*Ecclesi. 37. d.

*Ibidem.

* Lucæ 21. g. Vide Burchardum li. 14. decretorum.

* Ephes. 5. d.

in quo est luxuria. Ebriosi * *regnum Dei non possidebunt:* ut idcirco tam grauiter interminetur quoque Propheta potatoribus: * *Væ qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem.*

* 1.Cor.6.b.

* Esaiç 5.c.

VIII.

Quid est Ira, & quæ soboles ex illa nascitur?

IRa est immoderata cupiditas puniendi eius, à quo læsum se quis arbitratur. * Nascuntur ex illa detestandæ filiæ, rixæ, rumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio atque blasphemia.

*Greg.ut sup.

Est * hoc animi uitus perniciosum, omnē iudicij prudentiæq́; , ui-

* Lege Basil. in ora. contra irasc. Chrysost. ad

pop. homil. 29. & s.

gorem,& animi, sæpeq; corporis sanitatem labe factans. Quare monuit

* Ecclesiastis 7. b.

Ecclesiastes,* *Ne sis uelox ad irascendum,quia ira in sinu stulti requiescit.* Et gentium doctor præ

† Ephes. 4. g. Coloss. 3. b.

cepit: † *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit uobis.* Cæterùm aduersus iracundos,cōtentiosos, contumeliosos iam lata est CHRISTI sententia, ualdeq;

* Matth. 5. c. Vide Chrys. in Matth.

metuenda illa: * *Omnis qui irascitur fratri suo,reus erit iudicio: Qui autem dixerit fratri suo Racha; reus erit concilio: Qui au-*

tem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

IX.

Quid est Acedia, & quas gignit filias?

Acedia est remissi animi languor ad bene operandum: præsertim uerò tristitia est de re spirituali. * Quæ has gignit filias Malitiã, rancorem, pusillanimitatem, desperationẽ, torporem circa præcepta necessaria, mentisque circa res illicitas euagationem.

Bernar. ser. 3. & 6. de ascẽsione Domini. Greg. 3 parte curę past. admonitione 16

*Greg. 31. moralium ca. 31.

. Huic peccato sunt obnoxij homines * ociosi, inertes, & quos * tepidos scriptura uocat, ac omnes demũ, qui tempus hoc gratiæ diemq; salutis rebus ac studiis

* Matth. 20. a Matth. 22. a.

* Apocal. 3. c.

uanis transigunt. Finis autē huius peccati est, quem docet in Euangelio Christus:* *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Tum alibi: * *Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores.* Neque tacuit ille, quid interim à nobis, ne torpeamus, fieri uelit: * *Videte*, inquiens, *uigilate & orate, nescitis enim quando tempus sit.* * *Contendite intrare per angustam portam, quia multi dico uobis, quærent intrare, & non poterunt.*

* Matth. 7 c.
* Matth. 25. c.
* Marci 13. d.
Lucæ 13. c.

Hæc summatim perstrinximus, ut qui iustitiæ uias sunt minus edocti, præcipuos humani generis morbos, atque execrandas pestes, quas

ostendimus, non solum cognoscant & obseruēt, sed etiam ex præscripto diuinæ legis, à se aliisq; depellere & penitùs arcere conētur. *Beatus* uerò *uir, qui non abijt in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit*: quēadmodū Psaltes canit Regius, ut primam iustitiæ ac beatitudinis partem cantico suo primo demonstret. Psalm.1.a.

DE PECCA-
tis alienis.

I.

Quæ peccata dicuntur aliena?


EA, quæ licèt alio rũ manibus operaq; perficiantur, & interim nobis tamẽ meritò imputantur, noſtrasq; cõſcientias damnationis coram Deo reas conſtituunt. Quamobrem de his accipi poteſt, quod

1.Timo.5.d. ſcriptura imperat: *Ne cõmunicaueris peccatis alienis*. Et quod orat Pro

Pſalm.18.c. pheta Regius: *Ab occultis meis munda me Domi-*

ne, & ab alienis parce ser uo tuo. Eôdem refert Basilius* Magnus, quod Ephesiis scriptum est à Paulo,* *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.* Tum illud eiusdem Apostoli: * *Subtrahatis nos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis.*

* Lib. 2. de baptis. quæst. 9.

* Ephes. 5 c.

* 2. Thess. 3. b.

II.

Quot numerantur eiusmodi aliena peccata?

NOuem, sicut nouem ferè modis cõmittũtur, utpote Consilio, Iussione, Consensu, Irritatione, Laudatione seu Adulatione, Reticentia culpæ alie-

næ, Conniuentia uel Indulgentia, Participatione criminis, ac praua Defensione.

III.

Quando peccatum alienum consilio perpetratur?

CVM mali scilicet consilij, quod alij sequuntur, uel sequi possent, ipsi simus authores & administri. Exemplo
Ioan. 11. f.
sit Caiphas,* qui consilio suo Senatum Iudaicum in mortem Christi concitauit atque permouit. Contrà uerò laudatur Ioseph ab Arimathæa, & uir bonus iustusque dicitur, *quia non
Luc. 23. f.
consenserat consilio & actibus eorum, Pontificum scilicet & Pharisæorum in Christi * necem
Ioan. 11. g. Matth. 26. a.

impiè conſpirantium. Eiuſdem claſſis fuit Demetrius* ille, qui cum alijs opificibus, ut ſuo ſtuderet quæſtui, totam penè urbē Epheſiorum aduerſus Paulum Pauliq́ue doctrinam ingenti ſeditione compleuit. Impegit hîc etiam Herodias infamis, qua rex Herodes per adulteriū fœdè abutebatur. Nam illius conſilio & ſuaſu inſtructa ſaltatrix filia, quod crudeliter appetiuit ſanctiſſimi Ioānis obtruncatum caput, nefariè impetrauit.

* Actor. 19. c.

Mar. 6. c.
Mat. 14. a.

IIII.

Quando Iuſsio eſt peccatum alienum?

CVM ex decreto, mandato impe-

rioue nostro redit ad proximum iniuria, uel malum quodcunq; perpetratur. Sic Dauid Rex innocentem occi-
* 2.Reg.11.c. dit * Vriam; non suis quidem, aut seruorum manibus, sed per literas hoc agens atq; demandans, ut in prælio ille oc-
* Io. 19. c. Luc. 23. d. cideretur. Et præses * Pilatus mortis Christi reus est, ꝙ illum in Iudæorum gratiam cruci affigendum, etsi inuitus quodammodo, autoritate sua adiudicauit ac tradidit. Ita summo se
* Exo. 1. c. Matt.2.c. crimine * Pharao & Herodes obligarunt, cùm legẽ tyrannicam de occidendis Hebræorũ in-
Esa.10 a. fantibus ferrent. *Væ autem illis, qui condunt leges iniquas.*

V.

Consensus quãdo alieni pec cati nos reos facit?

CVM * quod ab alijs fit nequiter, à nobis quasi suffragium accipit, & saltem tacitè †approbatur: Ita pecca uit Saulus in Stephani Protomartyris necem * consentiens. Peccarunt & uiri ex Iudæis plures quadraginta, * qui facta etiam uoti nuncupatione, in Pauli necem ar mârunt sese. Peccauerunt demum & ciues * Hierosolymitani, suis Magistratibus, quò Christus perderetur, suffragantes, ut idcirco Petrus illis exprobrans dixerit, * *Autorem uitæ interfecistis*. Notanda est

*Aug. in psal. 50. in fine.

†Irenæus lib. 4. cap. 46.

* Actor. 7. g.

* Actor. 23. c.

* Matth. 27. b Marci 15. a. b.

* Actor. 3. c. & 2. d.

igitur Pauli ſententia,
*Roman. 1. d. *Non ſolū qui faciunt mala, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte. Et huc referri poteſt, quod apud Cyprianum legimus*, Non eſt
Lib. 2. epiſt. 7. immunis à ſcelere, qui ut faceret impetrauit: nec alienus à crimine, cuius conſenſu licèt nō à ſe admiſſum crimen, tamen publicè legitur.

VI.

Quando Irritatione nobis peccatum alienum conflatur?

CVM ſciētes alium ad iram, uindictā, blaſphemiam, crudelitatem, aut conſimilia uitia, ſiue dictis id fiat, ſiue factis, aut quacunq; ratione alia, prouocamus.

Vt cùm uxor Iob*patiē tiſſimo uiro petulanter inſultans, quantum in ſe quidem erat, ſuaſit etiam Deum blaſphemare. Et Tobiæ uxor*æquè moroſa, maritum ſuis conuicijs frequenter infeſtans & exaſperās hoc facit, ut uir anxius domeſticam iniuriam ſuſpirijs, lachrymis & precibus ad Deū fuſis proſequi cogatur. Contrà uerò monet Eccleſiaſticus:* *Abſtine te à lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem; & uir peccator turbabit amicos, & in medio pacē habentiū immittit inimicitiā.* Rectè autē hoc Salomō,* *Semper iurgia quærit malus, angelus autē crudelis mittetur contra eum.*

Iob. 2. c.

To. 2. d. & 3. a.

Eccle. 28. a. b.

Prou. 17. b

VII.

Quando per Laudationem, uel Adulationem nostram peccato alieno fœdamur?

CVM aliquē in malefactis, uel de improbitate comēdamus, uel tanquam re bene gesta, calcar addimus malè currenti, ut ille in prauo instituto pergat. Ezech. 13. c. *Væ* autē *qui consuunt puluillos sub omni cubitu manus, & faciūt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas*, ut est apud Prophetā. In hoc uitium incidunt nonnunquam Ecclesiastici concionatores, & magistratus malè uulgo blandiētes, dum eius licētiæ palàm fauēt & applaudūt.

præclarè autẽ Esaias,* *Esaiæ 3. c.*
Popule meus, qui te beatũ dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Vnde Paulus eos iubet uitari Doctores,* qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. *Quoniam enim* laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, exacerbabit Dominum peccator,* ut Regius Propheta testatur.

*Roman. 16. c 2. Pet. 2. a.

* Psalm. 9. c.

VIII.

Quando Reticentiæ nostræ culpa peccatum alienum in nos redundat?

QVum intempestiuum nostrum silentium siue subdito, siue cuiuis alteri adfert detrimentũ. Exẽpli causa,

*si docēdi, monēdi, corripiendiq; fratris aut populi nobis munus incūbit, & in eo interim, dū prodesse possumus, sine iusta causa cessamus. Vnde per Esaiam testatur Dominus omni Euāgelizāti: *Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & anuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Audi porrò periculum in his, qui non abs re canes * muti latrare non ualentes dicuntur: *Si dicente me ad impium, dicit Dominus, morte morieris; non annunciaueris ei, neq; locutus fueris, ut auertatur à uia sua impia & uiuat, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram.

* Augu hom. 7. ex 50. Prosper lib. 1. de uita contemp. c. 20. Isidor. de summo bono. lib. 3 cap. 44. 45. & 46.

Esaiæ 58. a.

* Esaiæ 56. d.

* Ezech. 3. d.

Adeò neceſſariũ eſt obſeruatu, quod Paulus nõ ſine graui obteſtatione poſtulat, * *Prædica uerbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina* Tum idem alibi, **Pecantes* iniquit, *coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant*. *2.Timo.4.a. *1.Timo.5.c

IX.

Quando noſtra Conniuentia alienis criminibus implicamur?

QVoties id, quod facultate uel authoritate noſtra emendari uindicariq; poteſt & debet, nos tamen impunitum & in peius abire ſinimus.

Ita peccant Magiſtratus, cùm gladium fru-

ſtrà portant, neq; quod
Rom. 13. b. dicũtur,* miniſtri DEI
ſunt & uindices in iram
his, qui agunt ſceleratè,
uel ſeditiosè. Hoc mo-
1. Reg. 15. d. dò à Rege Saul pecca-
tum fuit, cùm aduerſus
Dei mandatũ clemen-
tior eſſet ac parceret ho
ſtibus Amalechitis. Pec
catum idem ab Achab
Rege admiſſum eſt, quã
do Benadab Regem Sy-
riæ in gratiam recepit:
unde nec ſeuerã ita com
minantis Prophetæ ſen-
3. Reg. 20. d. tentiam effugit: *Hæc di-
cit Dominus: Quia dimiſiſti
uirum dignũ morte de ma-
nu tua, erit anima tua pro
anima eius, & populus
tuus pro populo eius*. Eô-
dẽ referri poteſt, qđ A-
poſtolus Corinthijs præ
1. Cor. 5. d. cipit: * *Auferte malum*

ex uobis ipsis : Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate uetus fermentum.

Secundò hîc peccant Patres & Matresfamiliâs, Heri & Præceptores, dum sibi concreditos nimia dissimulatione, & indulgentia quadam in educando perdunt, & negligentia socordiaq; sua in discrimen deduci permittunt. Sic paternæ prorsus indulgentiæ culpa deprauatos legimus filios Heli, qui idcirco immodicæ lenitatis suæ pœnas graues dedit. 1. Reg. 3. c. & 4. d.

Hîc etiam addi potest peccatum, quod uocari solet Omissio fraternæ correptionis, admonitionis uel reprehé

ſionis. Quandoquidem
Matth. 18. b. Chriſtus * quoq; ſemel atq; iterum & tertiò corripiendum eſſe fratrem monuit, ut peccantem illum lucrifaciamus. Quãquã alij diſtinguunt inter huiuſmodi omiſſionem & priorem de qua diximus, cõniuentiam, ut duos alieni peccati modos ex hiſce conſtituant.

X.

Quid eſt Participatione alienum peccatum contrahere?

ID maximè fit, quando in partem lucri cum furibus, ſiue raptoribus uenimus: cùm itidem bona iniuſtè parta, uel quouis modo aliena nobis unà cum alijs

ſcienter uēdicamus aut retinemus: cùm inſuper ſpolijs alienis diteſci-mus. Quò pertinere uidetur, quod Pſalmographus dixit,* cum furibus ipſis currere,& cum adulteris portionem habere. Sic & Eſaias obijcit populo Iudaico: * *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones*. Grauiùs adhuc delinquunt, qui lucrum ſibi ex aliena turpitudine apertè parant,ut Lenones: qui'ue latronibus,& notæ turpitudinis uel factionis hominibus præbere audent hoſpitium & locum,quò ſe illi, aut ſua recipiant.

Pſalm.49. c. Aug. in pſal. 129.

*Eſa.1.c.

XI.

Quomodo alienum peccatum nostra Defensione committimus?

CVM autem malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam alterius quamuis peruersam & impiam tuemur uel spargimus; quum nostra itidem cura uel opera, quod contra fas & æquum instituitur, promouere atq; propugnare contendimus. Aduersus hos diuinũ intonat

Esaiæ 5.e. oraculum: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponẽtes amarum in dulce, & dulce in amarum.*

Exod. 23.a. Ac rursus: *Non sequeris turbam ad faciendum malum*

lum: nec in iudicio plurimo rum acquiesces sententiæ, ut à uero deuies.

Hæc satis de peccatis, ut uocant, alienis, quæ nunc profectò longè lateq; patent, & summa quotidie licentia, à magnatibus præsertim, perpetrantur. Adeoque uulgò ea non cauentur, ut plerique peccata non esse putent ac floccipendant, etiã si suas & aliorum sæpè conscientias his criminum sordibus conspurcent, ac perpetuis pœnis obligent. Possunt autẽ dictæ species omnes in tria ferè genera conijci, breuiterq;, ut Magnus Basilius* osten dit, comprehẽdi. Quod enim in alieni erroris uel peccati societatem

* Basil. li. 2 de bapt. quæst. 9.


incidimus, id fit aut re & opere, aut uoluntate certo'ue animi proposito tantùm: aut supina negligentia, si quando admonendi & emendādi officio nostro alij defraudantur.

Sed longè omniū deterrimum peccandi genus est, quo delinquitur in Spiritum sanctum.

DE PECCATIS IN SPIRITUM SANCTUM.

I.

Quid eſt peccatum in ſpiritum ſanctum?



ST, oblatā Dei munificētiam & gratiam, quæ Spiritui ſancto, ceu fonti bonorum, tribui peculialiter ſolet, ex malitia contemptim abiicere. Atque hoc eſt peccare inexpiabiliter, ut iuxta Chriſti uerbum,* nec in hoc ipſo, neque in futuro ſeculo talis tan-

* Matth. 12. c. Marc. 3. d. Aug. de uerbis Domini

tiq; peccati remisſio impetretur. Hac enim lege nobiſcum agit Deus, ut nec gratiam in terris, neque gloriam in cœlis tribuat aliis, quàm qui peccatum deteſtãtur agnitum, & præter id bonum ſibi proponunt, rectumq; eligunt uitæ inſtitutum. Cæterum in hiſce peccatis, quæ fiũt in Spiritum ſanctum, abeſt tum peccati deteſtatio; tum boni quod ſectandũ erat, electio, & abiicitur præterea id, quo Spiritus ſanctus pro ſua gratia hominem à peccando ſolet reuocare. Hinc fit, ut eiuſmodi peccatis implicati, Dei gratiam aut nunquam, aut rarò & ægrè admodum conſequan-

ſermo. 11. Gelaſius in tomo de uinculo anathematis.

tur. Peccatur enim non ex humana imbecillitate uel fragilitate: quod uocant peccare in Patrē Patrisq; potentiam, ut in Petro*Apoſtolo Chriſtum ipſum negante cernimus: neque rurſus ex ignorantia, quod eſt peccare, ut appellant, in Filium, Filijque ſapientiam, ſicut*Saulo accidit Eccleſiā perſequenti: ſed quod longè grauius eſt, ex malignitate & peruicacia mentis peccatur: ut exemplum præbent Chriſti hoſtes peruerſisſimi & obſtinatisſimi illi Phariſæi.

*Matth 26.g. Vide Grego. lib. 25. moral. c. 16.

* 1.Tim. 1.c. Acto. 9. a.

II.

Quot ſunt peccata in Spiritum ſanctum?

Eiusmodi ſex recẽſentur, ut uulgò quidem recepta ſunt eorum hæc nomina: Præſumptio de miſericordia Dei, uel de impunitate peccati, Deſperatio, Agnitæ ueritatis impugnatio, Fraternæ charitatis inuidentia, Obſtinatio, & Impœnitentia. Significãtius autem erit, ſi quis ita numeret:

I. Diuina miſericordia confidenter abuti.

II. De gratia Dei uel ſalute ſua prorſus deſperare.

III. Veritatem Religionis aduerſus ſuam ipſius conſcientiam hoſtiliter oppugnare.

IIII. Pertinaci inuidia cõcitari grauiter ob alienæ ſalutis & uirtutũ

fraternarum successum.

V. Obfirmato animo in crimine scienter persistere.

VI. Absq; pœnitentiæ proposito peruersæ uitæ finem nullũ facere.

III.

Quæ'nam Præsumptio facit peccatum in Spiritum sanctum?

EA,*quæ hominem sola Dei misericordia confidentem, & ad peccandum audacẽ facit, seposita uidelicet ac abiecta omni iustitiæ timorisq; Diuini ratione.

*Greg. in cap. 3. lib. 1. Regũ. & lib 33. moral. c. 15.

Et sic sanè peccãt hodie conplures, qui sola *fide in Christum sibi blandientes, uel in medijs peccatorum sordibus,*ut iumenta, cõpu-

* Augu. de fide & operibus c. 22.

* Ioël. 1. d.

trescũt, nec sibi solùm,
sed alijs itidem pollice-
* 2. Petr. 2. d. ri audent* securitatem,
modò meritis Christi
& Dei gratiæ per fidem
apprehensæ fidant, quan
tumuis interim pœni-
† Lucę 13. a. tentiæ† fructus negligan
tur. Horum uerò sin-
gulis acclamat gentium
Doctor in fide & uerita
* Roman. 2. a. te Paulus:* *An diuitias*,
inquit, *bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Quamobrem idem Paulus
1. Cor. 15. a. alibi fidem solam*adeò
iactari non uult, ut e-
tiam credẽtes omnes iu
Philip. 2. b. beat cum metu*ac tre-
more salutem suam ope
rari: Fidemq́; commen-
dat, non mortuam, ut

Iacobus uocat, sed uiuã & efficacẽ, quæ per *Charitatem legitimè operatur. Contra hoc enorme peccatum sic Ecclesiasticus clamat: * *De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adijcias peccatum super peccatum. Et ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo citò proximant, & in peccatores ira illius respicit.* Rectè igitur Propheta: **Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine.* Tum alibi: * *Honor Regis iudicium diligit.*

Iacob. 2. d.
Galat. 5. a.
Ecclsia. 5. a. b.
Vide Aug. ho. 50. ex 50. c. 10
Psalm. 100. a.
Psalm. 98. a

IIII.

Quomodo peccatur in Spiritum sanctum Desperatione?

CVm præſumptioni, de qua dictum eſt, contrarium prorſus uitium acceſſerit, ut omnem ſpẽ abijciat homo uel impetrandæ apud Deum ueniæ, uel ſalutis æternæ conſequendæ.

Hoc modo peccauit deſperando Cain, ut ſua ipſe uoce teſtatur, cùm
Gen.4.b. inquit, *Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear*. Peccauit & Iu-
Matth.27.a. Acto.1.c. das* Chriſti proditor, cùm ſalutis deſperatione commotus, uitam laqueo ſibi infelix abrupit. Atqui nulla nimis eſt ſera homini pœnitẽ-
Luc.23.f. tia, uti Latronis*exemplo demõſtratur, qui in cruce extremisque uitæ ſpacijs Chriſti ingẽtem gratiam & cœleſtem glo

riam eſt conſecutus.

V.

Quando ueritatem impugnans peccat in Spiritum ſanctum?

QVũ de Fidei & Religionis negocio ueritas non ex ignorantia, ſed malitia ſtudioſè oppugnatur: ut hinc ueritatis Chatolicæ ſynceritas deprauetur ſeu labefactetur.

Huic peccato Phariſæi* obnoxij erant, quibus uel præcipuè uidemus curæ fuiſſe, tam malignè, quàm falsò blaſphemare Chriſtum, inſectari doctrinam Euangelij, teſtimoniũ *Apoſtolorum ſupprimere, idque contra ſuam ipſorũ conſcientiam. His* non

Matth. 12. b. 15. a. 21. d. 22. b. Ioan. 7. g.

Actor. 4. d. 5. d

* Leo epi. 10. ad Flauianum cap. 1.

ſunt abſimiles, qui à Propheta dicũtur ſeden
† Pſalm. 1. a. tes †in cathedra peſtilē-
* 1. Pet. 2. a. tiæ, à Petro*autem Ma giſtri mendaces, qui introducunt ſectas perdi-
* Tit. 3. c. tionis, à Paulo*demum uocati Hæretici, homi-
† 2. Tim. 3. b. nes†corrupti mente, re-
* 1. Tim. 4. a. probi circa fidem, * attendentes ſpiritibus erroris, ſubuerſi, & ſuorũ
* Tit. 3. c. ipſorum *iudicio condemnati. Quibus annumerari poteſt ſeductor Elymas, quē Paulus palàm obiurgans, mira cũ
* Actor. 13. b. uehemētia dixit:**O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere uias Domini rectas.*

Refertur ad hãc quoque claſſem blaſphemia

Spiritus: quod peccatũ Christus in Iudæis magnopere taxat, ac reliquis peccatis deterius facit. Atq; utinam modò hîc non peccaretur. Nam blaſphemant Spiritum ſanctum & illi, ut ſcribit Damaſus, * qui contra ſanctos Patrum Canones Spiritus-ſancti inſtinctu dictatos libenter aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt, aut facere uolentibus ſpontè conſentiũt. Talis enim præſumptio manifeſtè unum genus eſt blaſphemiarum in Spiritum ſanctum Sic Damaſus.

Matt. 12. c.

In epi. ad Aurelium Cartha.

VI.

Quomodo Inuidentia fraternæ gratiæ peccatum eſt in Spiritum ſanctum?

QVando dolemus ac triſtamur grauiter de ſplendore, augmento'ue uirtutum donorumq; Dei, quibus frater eſt conſpicuus.

Quod crimen non tam hominis uidetur eſſe proprium, quàm Sa-
Sapien.2.d. tanæ, * qui DEI gratiã in homine tum augeri, tum conſeruari fert impatientiſſimè: & idcir-
Apocal.12.c. co non modò fratrum * accuſator, uerum etiam bonorum omnium im-
1.Petr.5.c. placabilis eſt * aduerſarius, qui tanquam Leo rugiens circumit quæ-

rens quem deuoret. Satanæ filij ex Iudæis fuêre, qui naſcentem Euangelij gratiã omninò gentibus inuidebant, ut in Actis * Apoſtolicis legimus. Actor. 11. 2.

VII.

Quæ Obſtinatio facit peccatum in Spiritum ſanctum?

EA nimirũ, quæ obfirmatũ planè animũ adfert aduerſus benè monentem, ut nullis quidem rationibus ab inſtituto damnabili ſe deflecti quis patiatur.

Fuit hoc peccato inſigniter obſtrictus Rex * Pharao, qui etſi toties moneretur à Moyſe, & ſubinde flagellis DEI grauiſſimis affligeretur: Exodi 7. & deinceps.

tamẽ in propoſito Tyrã-
Exodi 14. g. nico perſtitit, & perijt*
obſtinatus. Nota eſt &
Hierem. 5. a. Iudæorum inuicta* per-
tinacia, quos ſuis ueluti
coloribus depingẽs Ste-
Actor. 7. f. phanus, **Dura ceruice*, in-
quit, *& incircunſi cordi-
bus & auribus, uos ſemper
Spiritui ſancto reſtitiſtis*.
Nec ſunt diſſimiles ho-
die, qui nouis addicti
Sectis, ne audire quidẽ
aut legere ſuſtinent Ca-
tholicè docentem, quaſi
Pſalm. 57. a. aſpidum* inſtar occluſis
illi contra dulcem melo-
diam, id eſt, ſanam Ec-
cleſiæ doctrinã auribus,
Iob 21. b. dicere uideantur, **Rece-
de à nobis, ſcientiam uia-
rũm tuarũ nolumus*. Quod
nihil aliud eſt, quàm, ut
Roman. 2. a. Paulus loquitur, *ſecun-
dum duritiam & impœ-

nitens cor thesaurizare sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Nã ut Salomon quoq; docet, *Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus eius superueniet interitus, & eũ sanitas non sequetur.* Prouer. 29. a.

VIII.

Quando peccatum Impœnitentiæ committitur?

CVm homo peccatorum suorũ, quæ salutari pœnitentia expianda essent, finẽ modumq; nullum facit, ac proponit insuper se nolle unquam pœnitere. Aug. de uerbis Domini serm. 11.

Talium certè qui deploratè peccatores sunt, ac manere uolunt, uita iuxtà & mors * pessima est, quum illi si non uer Psalm. 33. d.

bis, at re ipsa dicere uideantur, *Percußimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Ac de his etiam dictum accipi potest, quod Ioannes testatur, * *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.*

Elaiæ 28. d.

1. Ioan. 5. d.

Hæc dicta sint hactenus de peccatis in Spiritum sanctum, grauissimis illis quidem, & quæ aut nunquam, aut ægrè admodum à Deo homini remittuntur. Quapropter aduersus ea sæpe nos ipsos munire, & alios confirmare debemus, ut obseruetur illud: * *Nolite cõtristare, nolite extinguere spiritũ Dei:* † *Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra.* *Non* * *obduretur*

* Ephes. 4. g.
1. Thess. 5. c.
† Psalm. 94. b.
Hebrçor. 3. c.

quis ex uobis fallacia peccati. Cor enim durum habebit malè in nouißimo*. Nunc porrò ad peccata quæ & ipsa non parum enormia sunt, & in cœlũ clamantia dici solent, accedamus.

Ecclesiasti. 10. d.

DE PECCAtis in cœlum clamantibus.

I.

Quæ dicuntur peccata in cœlum clamantia?



A, quæ præ cæteris insignem & manifestam improbitatem ha-

Augu. in Enchiridio cap. 80. & lib. Annotat. in Iob cap. 30.

bere noſcuntur, diuinamq; iram & ultionem inſigniter accerſunt iis, à quibus cõmittuntur.

Eiuſcemodi quatuor è Scriptura numerãtur, Homicidium uoluntarium, Peccatum Sodomiticũ, Oppresſio pauperum, & Merces operariorum defraudata.

II.

Quomodo Scriptura uindicari docet Homicidium uoluntarium?

GRauiter ſanè, quẽadmodum hiſce uerbis Deus oſtendit, quibus Cain primùm increpat homicidã:* *Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.*

Geneſ. 4. b.

Et alibi uox Diuina testatur: * *Quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo*. Concinit Psaltes Regius: * *Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos*. Summũ enim hoc scelus est, & atrocissimam proximo iniuriam adfert, qui uitam ei adimit absque legitima authoritate. Vnde a Christo etiam dictum est, *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*.

Genes. 9 a.

Psalm. 54. d.

Matth. 26. e.

III.

Quid uerò de Sodomitico peccato, eiusq; punitione scriptum extat?

HOmines Sodomitæ, inquit Scriptura,

Genes. 13. c.

pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Nefandum hoc & flagitiosum peccatū Petrus * & Paulus † coarguunt: tum natura ipsa execratur: Scriptura uerò tanti flagitij magnitudinē his etiam uerbis declarat, * *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.* Vnde ad Loth iustum & ab infandis Sodomitarū stupris maiorem in modū abhorrentem sic Angeli loquuntur, * *Delebimus locum istum, eò quòd increuerit clamor eorum corā Domino, qui misit nos, ut perdamus illos.* * *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignē à Domino de cælo, &*

* 2.Pet.2.b.c.
† Roman.1.d. 1.Timo.1.b.
Genes.18.c.
Genes.19.c.
Ibidem d.
Vide Gregor. 14.mora.c.10

ſubuertit ciuitates has, & omnem circa regionẽ. Neque tacet Scriptura cauſas, quæ ad hoc pergraue peccatũ Sodomitas impulerunt, & alios itidẽ permouere poſſunt. Sic enim legimus apud * Ezechielem: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium ipſius, & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant.* Ezech. 16. f.

Huic autem flagitio nunquam ſatis execrando ſunt obnoxij, qui diuinam, immò & naturalem legem in Leuitico ſcriptam uiolare non uerentur. Ea ſic habet, * *Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Cum omni*

* Leuit. 18. c. Vide Chryſo. hom. 4. in epi. ad Roman.

Tertul. in lib. de pudicitia. Aug. lib. 3. confess. c. 8.

pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Quod si fiat, terram ipsam tam tetris ac nefandis libidinibus pollui, ac iram diuinam aduersus populum maiorem in modũ concitari, tum crimen mortis supplicio expiandum esse, eôdem * loco monemur. Vnde Paulus non semel etiam arguit masculorum * concubitores: damnat prætereà immundos atq; molles. E quibus unus erat Onã *Iudæ filius, qui præsentem Dei ultionem effugere non potuit, quòd in terram semen funderet, peiorq; bestijs, naturæ honestatem ac ordinem uellet perrumpere.

Leuit. 20. b.

1. Corin. 6. b. 1. Tim. 1. b. Galat. 5. d.

Genes. 38. b.

IIII.

Quid Scriptura de pauperum Oppreßione proponit?

A*Ducnam non contristabis*, dicit Dominus, * *neq; affliges eũ: aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebitis: si læseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; uos gladio: & erunt uxores uestræ uiduæ, & filij uestri pupilli.* Quapropter AEgyptij tot plagis * attriti, & cum suo Rege crudelissimoq; Tyranno Pharaone, qui ne à paruulis* quidem Hebræorum occidendis sibi temperauit, submersi

Exod.22.c.

* Ibidem 1.c.

* Exod.7.& deinceps.

* Exod. 14. g. *demum fuêre, uidelicet ob ſuam in Iſraelitas pluſquam Barbaricam immanitatẽ. *Vidi,* Exod. 3. b. inquit Dominus*, *afflictionẽ populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorũ qui præſunt operibus, & ſciens dolorem eius deſcendi, ut liberem eum de manibus Aegyptiorum.* Hinc apud Eſaiam quoque in Eſaiæ 10. a. terminatur Dominus*: *Væ qui condunt leges iniquas: & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt: ut opprimerẽt in iudicio pauperes, & uim facerent cauſæ humiliũ populi mei: ut eſſent uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent.* Et apud eundẽ Prophetam de inhumanis & iniquis Magiſtratibus extat hæc

quærimonia, * *Principes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa uiduæ non ingreditur ad illos.* Item, **Populum meũ exactores sui spoliauerunt.* Nec dubium, quin ciuitates & prouinciæ hoc execrando peccato, qđ à tyrannicis Magistratibus perpetratur, in summum sæpè discrimen adducantur.

Esaiæ 1. c.

Esaiæ 3. b.

V.

Quid postremò Scriptura docet de mercede operarijs retenta, uel imminuta?

APud Iacobũ Apostolum legimus, quàm is grauiter diuitibus exprobret crudelẽ

tenacitatẽ, summamq́; in defraudandis operarijs iniquitatem. * *Ecce merces*, inquit, *operariorum qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit*. Ecclesiasticus uerò in hũc modum, *Panis egentium*, ait, *uita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui fundit sanguinem, & qui fraudem facit mercennario, fratres sunt*.

Iac. 5. a.

Ecc. 34. d.

Itaque lege diuina sancitum est, * *Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra por-*

Deut. 24. c.

tas tuas eſt: ſed eadem die reddes ei precium laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: ne clamet contra te ad Dominũ, & reputetur tibi in peccatum.

VI.

Quò referenda eſt omnis hæc de peccatis tractatio, & quis illius uſus?

HAEc tractatio ad priorem ſpectat Chriſtianæ Iuſtitiæ partẽ, quæ in malis cognoſcendis & fugiendis eſt poſita: Vſus autem ac fructus tractationis eſt, ea quæ uerè mala, Deo cõtraria, hominibus perniciosa ſunt, ritè diſcernere, diſcreta prorſus

cauere, & si quid horũ admissum sit, sedulò expiare.

Hinc etiã discimus, quo modò sapiens à stulto, iustus ab impio differat.* *Sapiẽs enim timet, & declinat à malo: Stultus uerò transilit, & confidit:* *Non enim recipit stultus uerba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ uersantur in corde eius,* teste Salomone, qui hoc etiam scriptum reliquit:* *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usq; ad perfectam diem: uia impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruant.*

Prou.14.b.

Proue.18.a.

Prouerb.4. c. Aug.in enchirid.cap.81.

Pleriq; certè peccata quæ indicauimus, perniciosas illas animorum pestes, turpiter ignorant*, alij ut norint ma-

ximè, non fugiunt tamen, neq; deteſtantur. Peſſimi uerò illi ſunt, qui peccati conſuetudine * obduruerunt: de quorum genere dictum eſt illud: * *Impius cùm in profundũ uenerit, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium*. Ea uerò in primis contemnit, quæ Christiana Iuſtitia non ſolùm ad uitiorum obſeruationem ſeu differentiam cognoſcẽdam, ſed etiam ad eorũ deuitationem & expiationem adhibendã poſtulat.

Aug. ſer. 88. de tempore.

*Proue. 18. a.

VII.

Quibus uerò modis peccata expiantur?

HIc in primis eſt extra controuer-

siam Christũ nobis esse * propitiatorem, & illum Dei*agnum qui tollit peccata mundi, quiq; solus remissionem peccatorum nobis potuerit promereri, & purgationem eorum omnibus facere.

Roman.3.d.
* Ioan. 1. d.
1. Corin.1.d.
Hebr. 1. a.

Deinde certum est, Deũ fide purificare corda, ut Petrus * inquit, quod citra fidem (humanæ salutis ostium ac fundamentum) nullus peccatorum remissionẽ aut expiationem consequi aut sperare possit. Fide uerò destituuntur, qui cum Ecclesiæ fide non consentientes, & una quadã opinione seu fiducia freti, peccati remissionem & iustificationis gratiam propter

* Actor.15.b.
Hebr.11.a.b.

Christũ sibi alijsque pol licentur.

Qui uerò in Ecclesiæ fide & eius unitate persistentes, à peccatis cupiunt liberari, multos illi modos* ad peccatorũ suorum expiationem in Scriptura propositos habent. Inter quos principem tenet locum Pœnitentiæ Sacramentũ, quo neglecto †, frustra de reliquis lethalium peccatorum remedijs adhibẽdis agitur. Hoc enim ut præsens, ita necessarium pharmacũ Christus animarum medicus instituit, contra omnem peccati lepram ualiturum, idq; commendans dixit Sacerdotibus: * *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

*Cyrill. lib. 2. in Leuitic. Aug. li. 2. contra Cresc. cap. 12. Chrysost. concione 4. de Lazaro in fine. 1.

† Vide supra in Sacramento Pœnitẽtię.

Ioan. 20. f.

II. Secundò purgãtur & expiantur*eleemoſyna: quia ſcriptum eſt, **Elee moſyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.* Monet igitur Propheta, * *Peccata tua eleemoſynis redime, & ini quitates tuas miſericordijs pauperum.*

*Aug. homil. 47. ex 50.
* Tob. 4.
* Daniel.4. e. Chryſoſt. ho. 26. in Matth.

III. Tertiò remittuntur peccata, dum quantum uis læſi, fratri offenſam condonamus: dicente Domino, * *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis Pater cœ leſtis delicta ueſtra.*

* Matth. 6 b. & 18. d.

IIII. Quartò idem fit, cùm peccantem fratrem cor ripiendo emẽdamus ac lucrifacimus, ſicuti ſcriptum eſt: * *Qui conuerti fecerit peccatorem ab erro*

*Iacob. 5. d.

re uiæ suæ, saluabit animã eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Quintò huc pertinet abundantia synceræ charitatis, ad impetranda & conficienda bona omnia præpotentis: ob quam de Magdalena dicitur:* *Remittũtur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ.** *Charitas enim operit multitudinem peccatorum.* V.

Luc. 7. g.

Prouer. 10. b. & 1. Pet. 4. b.

Sextò ad idem ualet contriti † cordis sacrificium, quod nunquã despicit Deus, & humilis cognitio sui, confessioq; peccatorũ.* *Respicit enim Dominus in orationem humilium, & non despicit preces eorum.* Vt hinc etiam Dauid de seipso testetur, † *Dixi confitebor ad-* VI.

Psalm. 50. d.

Psalm. 101. c.

Psalm. 31. b.

uersum me iniustitiam meã Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Ac Ioannes generatim omnibus uerè confitentibus hanc gratiam pollicetur: * *Si confiteamur,* inquit, *peccata nostra, fidelis est & Christus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Igitur Niniuitæ cùm humilitatis & pœnitentiæ operibus sedulò insisterent, præsentem DEI iram placauerunt, & iamiam imminens urbi ac patriæ exitiũ auerterunt. Quare de illis scriptum legimus: * *Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de uia sua mala, & misertus est Deus super malitiam quam locutus fuerat*

1. Ioan. 1. d.

Ionę 3. b. c.

Ionę 3. d.

ut faceret eis, & non fecit.

Sic demum ſcriptura teſte diſcimus, his aliisq́ue modis & officiis ueræ pietatis Chriſti gratia editis, hoc effici, ut credentium & pœnitentium in Eccleſia, ſicut diximus peccata expiẽtur. Eoq; ſpectans Apoſtolus monet: * *Has habentes promiſsiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.* 2.Cor.7.a.
Nec minus grauiter Iacobus: * *Emundate*, inquit, *manus peccatores, & purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote & lugete & plorate: riſus ueſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in c*[illegible]*n-* Iacob. 4. c.

ſpectu Domini, & exaltabit uos. Etenim non ſufficit mores in melius cõmutare & à factis malis recedere, ut Auguſtini * uerbis iterũ utamur, niſi etiam de iis quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorẽ, per humilitatis gemitũ, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis.

Hom. 50. ex 50.cap.15. Et in Enchir. ca. 70.& Cypria. de lapſis.

Alioquin quiſquis de peccatis lethalibus in ſe aliqua dominari cognouerit, ut idem Auguſtinus † eſt author, niſi dignè ſe emendauerit, & ſi habuerit ſpacium, longo tempore pœnitentiã egerit, & largas eleemoſynas erogauerit, & à peccatis ipſis abſtinuerit, illo tranſitorio igne,

Serm. 41. de Sanctis.

de quo dixit * Aposto-lus; purgari non poterit, sed æterna illũ flamma sine ullo remedio cruciabit. Non enim capitalia post hanc uitam, sed minuta peccata purgantur expianturque.

1. Corin. 3. c. Idem Augu. ho. 16. ex 50. In Ench. c. 67 Item de fide & operibus c. 14. & quęst. 1. ad Dulcitiũ.

VIII.

Quid uerò de minutis peccatis est sentiendum?

ID scilicet, quod eiusmodi leuiora, uti mẽtis euagatio, uerbũ ociosum, risus immoderatus, & cõsimilia, quæ quotidiana, seu uenialia peccata dicuntur, & sine quibus hæc uita non ducitur, * *In multis enim offendimus omnes*, ut antea quoque monuimus; etsi lethalia non sunt, & in speciem minuta uiden-

Iacob. 3. a.

tur, tamen haud quaquã* ueniunt cõtemnenda. Siquidem Deo displicent, seu ut Paulus loquitur,† cõtristant Spiritum sanctum, obfuscãt conscientiam, Charitatis feruorẽ imminuunt, uirtutumq; profectũ remorantur, & ad grauiora sæpe uitia periculaq; pertrahunt. Vnde scriptum est, **Qui spernit modica, paulatim decidet*. † *Qui amat periculum, peribit in illo.** *Qui in uno peccauerit, multa bona perdet.*

Cauendæ sunt igitur, quantum licet, hæ labes & sordes animæ: quoniam ut legimus, † *non intrabit in cœlestem Hierusalem aliquid coinquinatũ*. Ac nisi in hac uita illæ diluantur, etiam * post

* Aug. de decem chordis ca. 11. & in psalm. 129. Serm. 244. de temp. Item tract. 12 in Ioannem. Chrys. homil. 8. in 1. Cor. & in serm. de leiunium pecc. periculis.

† Ephes. 4. g.

* Eccles. 19. a.

† Ibidem 3. c.

* Ecclesiastis 9. d.

† Apoc. 21. g.

* Vide sup. de Satisfactione.

mortem hominem grauant, nec ſine pœnis quidem acerbis purgatorij ignis expiãtur. Qui quidem ignis, etſi perpetuus non ſit, tamen, ſi Auguſtino* credimus, grauior eſt, quàm quicquid homo in hac uita poteſt perpeti.

*In pſal. 37. & ſerm. 41. de ſanctis. Gregor. in 3. pſalmũ pœni.

IX.

Quibus autem remedijs pec cata leuiora purgantur?

VT eiuſcemodi animæ ſordes in hac uita diluantur, Eccleſia uetus remedia iſthæc* agnouit, & in uſu habuit, humilem ſui accuſationem, Dominicam precationem, pectoris tunſionem, & alias id genus pias in Deum ac

* Augu. epiſt. 108. in ench. cap. 72. In Io. trac. 12 Serm. 41. de ſanctis. Lib. 21. de ciuit. c. 27. & ho. 50. ex 50. cap. 8.

etiam erga proximum exercitationes, corporisq; afflictiones spontè ac religiosè susceptas. Quæ quidem remedia tantò lubentius ac studiosius amplectuntur sapientes, quò rectius norunt, & diligentius expendunt diuinæ iustitiæ in uindicandis † peccatis seueritatem. Quod uel ex illa metuēda Christi sententia planum fieri potest: * *Dico uobis, quoniam omne uerbū ociosum, quod locuti fuerint homines, reddēt rationem de eo in die iudicij.* Itemq; ex illo dicto Petri, * *Iustus uix saluabitur.* Vt hinc Iob, uir alioquin iustus & innocens, dixerit: * *Verebar omnia opera mea, sciens quia non par*

† Prosper in sententiis Augu. ca. 210.

Matth. 12. c.

1. Pet. 4. d.

Iob 9. c.

ceres delinquenti. Et Apostolus Paulus: * *Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis.* * *Quod si nos ipsos dijudicaremus*, vt idē admonet, *non utiq; iudicaremur*. * *Beatus* igitur *homo, qui semper est pauidus: qui uerò mentis est duræ, corruet in malum*.

* Hebr. 10. f.

* 1. Cor. 11. g

Prouerb. 28. b

X.

An'ne satis est à peccatis abstinere?

IVstitia quidem Christiana, de qua hucusque diximus, duas partes proponit, & uelut æquè necessarias nobis commendat hisce uerbis: * DECLINA A MALO, ET FAC BONVM. Sicut & Paulus docet: * ODIENTES MALVM, ET ADHAERENTES BONO.

Bern. ser. 34. ex paruis sermonib.
Chrys. in ps. 4
Aug. serm. 59. de tempore.

* Psal. 36. e. & 33. c. & ibidem Augu.

* Roman. 12.

In ſententiis Proſperi c.86

Nõ ſufficit igitur, qđ Augustinus perſpicuè dixit, abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum eſt: & parum eſt nemini nocere, niſi ſtudeas multis prodeſſe.

Quapropter abſoluta utcunque Iuſtitiæ priore parte, quæ mala prohibet, conſequens eſt, ut fauente Chriſto de altera porrò, quæ in bonis conſectandis eſt poſita, dicere pergamus.

DE TRIPLICI genere bonorum operum.

I.

Iuſtitia Chriſtiana circa quæ bona uerſatur?



AEC Iuſtitia tā late patet, ut omnia bona, quæ honeſtè, iuſtè ac piè fiunt, in ſe contineat, nobisq́; expetenda & conſectanda proponat. De hac fideles Apoſtolus ita cō monefacit: * *Ambuletis dignè* Deo, *per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes:*prouidentes*

Chryſ. in pſal. 4. & 14. & ho. 23. in Geneſ.

Coloſſ. 1. b.

Roman. 12. d.

2. Corin. 8. d.

bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Hic enim noſtræ uocationis, & Chriſtianæ iuſtitiæ per Chriſtum partæ uerus eſt uſus ac fructus proprius, Petro te-
1. Pet.2.d. ſte, * *ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus*, hoc eſt, quemadmodum à Pau-
Tit.2.d. lo explicatum eſt, * *Vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſeculo*. In eundem ſenſum nobis proponitur Euangelicum illud:
Lucę 1.g. * *Vt ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris*. Nam idcirco redemit
Tit.2.d. nos Chriſtus * *ab omni*

iniquitate, ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. * *Ipsius enim Dei sumus factura, creati in Christo Iesu, in operibus bonis: quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus.* Ephes. 2. b.

Ita constanter Paulus inculcat, omnesque admonet de obseruanda & colenda semper Iustitia Christiana. Proinde Ioannes etiam prudenter scribit, ac absolutè ita definit, * *Filioli, nemo uos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est: qui facit peccatum ex Diabolo est.* 1. Ioan. 3. b. Et Iacobus grauiter docet, * *Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est:* Iacob. 2. d.

ita & fides sine operibus mortua est. Tum idem
Iacob.1.d. rursus, * *Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis* (siue in legem perfectã quæ est libertatis) *& permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit*. Nec aliud sanè uoluit Paulus, cùm in hũc
Roman.2.b. modum diceret: † *Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis, iustificabuntur*.

II.

Quem fructum pariunt Opera iustitiæ Christianæ.

PRæclarum sanè, atque multiplicem, cùm in hac, tum in futura uita. Huc enim spectat Pauli sententia,
1.Tim.4.c. * PIETAS *ad omnia utilis*

est

est, promissionem habens uitæ quæ nunc est, & futuræ. Tum alibi scriptum legimus,* *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Sapient. 3.d.

I. Primùm enim hæc opera ex uiua fide, id est, per charitatem* operante profecta, non modò signa sunt Christianæ uocationis, sed eandem nobis quoq; confirmat certamq; faciunt. Quamobrem Petrus Apostolus, qui ad opera bona nusquam non cohortatur, hoc etiam adiecit: † *Fratres, magis satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.*

Galat. 5. a.

2. Pet. 1. b.

II. Secundò gratiam credentibus augent, atque

2.Corint.7.a. * ſanctificationem perficiunt, Apoſtolo teſte: ut hinc etiã Iacobus affirmet, quòd Fides quæ
Iacob.2.d. operibus cooperatur, * ex iiſdem quoque conſummetur.

III. Tertiò fiduciam bonæ cõſcientiæ pariunt, magisque ad orandum & quidlibet à Deo impetrandum animãt. Scri
Tobiæ 4.b. ptum eſt enim: † *Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna omnibus*
1. Ioan.3.d. *faciẽtibus eã*. Et rurſus: * *Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mãdata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus*. Exemplum extat in Ezechia Rege, qui

bona confciẽtia fretus, ac Dei uoce in hoc ipfo comprobatus dixit:† *Obfecro Domine, memẽto quæfo, quomodo ambulauerim coram te in ueritate & in corde perfecto, & quod bonum eft in oculis tuis fecerim.* Efaiæ 38.a.

IIII.

Demum id efficiunt, ut laborantes in uinea* Chrifti, denarium diurnũ accipiamus, hoc eft, promiffam æternæ uitæ mercedem, iuftitiæque * coronam, quam in Ecclefia† Dei mandata feruantes, in CHRISTO promeremur. Ait igitur Dominus, **Voca operarios, & redde illis mercedem.* Ait Dauid, **Seruus tuus cuftodit ea,* Diuina fcilicet præcepta, *in cuftodiendis illis retributio multa.*

Matth. 20. a. & Greg. in ho. 19. in euang.

* 2. Tim 4.b. † Matth. 19.c.

Matth. 20.a.

Pfalm. 18. c.

Pſalm. 118. Ac iterum, *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem.* Ait
2. Timot.4.b. & Paulus: † *Bonum certamen certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus Iudex: non ſolùm autẽ mihi, ſed & ijs, qui diligũt aduentum eius.* Ait deni-
Matth 19.c. que & ipſe Chriſtus:* *Si uis ad uitam ingredi, ſerua*
Ioan. 5. e. *mandata.* Et iterum:† *Procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.* Tum ali
Matth.7.c. bi: * *Qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.*

Ex quibus fit perſpi-

cuum, quanti nostra om nium referat, si uitā æter nam cupimus, Diuinas obseruare uoces, † *Qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce uenio citò, & merces mea mecum est, reddere unicuiq; secundum opera sua.* † *Bonū igitur fa ciētes non deficiamus: tēpo re enim suo metemus non deficientes.* Apocal. 22. c. Galat. 6. b.

III.

Quot sunt genera bonorum operum, in quibus iustitia Christiana præcipuè cernitur & exercetur?

EIusmodi sunt triplicia, sicut sacris è literis accipimus, uidelicet, Oratio, Ieiunium & Eleemosyna. Nam re- Petrus Chrysologus ser. 43

liqua ferè benefacta, quæ ex fide uiua proficiscuntur, & iustitiā Christianam commendant, augent atque consummant, ad hosce tres fontes facilè referuntur. Hinc illa præclara uox

Tob.12.b. Angeli Raphaëlis, *Bona est Oratio cum Ieiunio, & Eleemosyna magis quàm thesauros auri recondere.* Augustinus uerò diluci

In psalm. 42. dè dixit: Hæc iustitia hominis in hac uita, Ieiunium, Eleemosyna, Oratio.

Matth.6.b. De quibus Christus † apud Matthæum sigillatim docet, additq; promissiones de parata cœlesti mercede ijs, qui in Ecclesia citra hypocrisin sincerè ieiunāt, orant ac eleemosynā tribuūt.

Hinc fidelis illa ſponſio toties repetita: † *Pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi.* Et hæc ipſa ſunt, in quibus Chriſtus, ut bene beateq́ue uiuamus, abũdare* uult noſtram iuſtitiam, & ita luceret† coram hominibus, ut uideant opera noſtra bona, & glorificẽt Patrem Ad hæc præſtanda in Chriſto creati * & deſtinati ſumus, quæ nimirũ præparauit Deus, ut in illis ambulemus. Propter † hæc è charitate præſtita, iuſti in regnum adſciſcentur æternum: ob eadem uerò neglecta, iniuſti in gehennam ignis præcipitabuntur.

Ibidem a.&c.
*Matth. 5.c.
† Ibidem b.
Epheſ. 2.b.
Marc. 13.f.16. d.& 25. d. Ioan. 5.e. 2. Corin. 5.b.

Vt uerò * Phariſaicũ ac uanum eſt, cum alio-

Lucæ 18.2.

rum cõtemptu ſeipſum
Roman. 10. a. iuſtificare, & ſuis * operibus fidere: ita Chriſtianũ eſt atq; legitimũ, hominem cum ſui ſubmiſſione operibus bonis operam ſedulam dare, & ſi quando gloriari uelit, in † Domino gloriari, ut qui operatur in nobis uelle & perficere, Apoſtolo teſte.

2. Corin. 10. d
Philip. 2. b.

DE IEIVNIO.

IIII.

Quid eſt Ieiunium?

NON ſimplex huius nominis eſt acceptio. Magnum & generale Ieiunium * Auguſtinus uocat, abſtinere ab iniquitatibus & illici

* Aug. tracta. 17. in Ioan. & lib. 2. quæſt. euang. ca. 18.

tis uoluptatibus seculi. Deinde Philosophicũ, ut quidam uocant, ieiunium, est parsimonia illa cibi ac potus moralisque sobrietas, qua temperatè etiam ab Ethnicis secũdum rectam rationem uiuitur. Tertiò Ecclesiasticum † est Ieiunium: utpotè cùm iuxta certum Ecclesiæ morem atq; præscriptum, certis diebus & carniũ esum nobis subtrahimus:& unica dumtaxat refectione contenti sumus. Cuiuscemodi Ieiunium piè & Christianè * suscipitur ad cultũ diuinum religiosius exhibendum, ad carnem edomandam spirituiq; subijciendã, ad fructus pœnitentiæ dignos præ

† Isid.lib.1.de eccl.off. c. 36. & sequẽtibus. Raban.de instit.cler.lib.2. cap.17.& seq. Iuo parte 5.c. 25 & sequẽti. Burchar.li.13

* Cypr.de ieiunio & tentationibus Christi. Chrys. hom. 1.& 2. in Genes.& sermonib. de iei.

ſtandos, ad obedientiã exercendam, ac demum ad quamlibet Dei gratiam conſequendam.

Baſi. orat. 1. & 2. de ieiunio. Amb. in li. de Helia & ieiu. & epiſt. 82.

V.

Quid uerò his reſpondendum eſt, qui legem Eccleſiaſtici Ieiunij conuellunt atque contemnunt?

PRimùm admonendi ſunt iſti, ne falsò Catholicis affingant quod Apoſtolus † deteſtatur, & Eccleſia ſemper dãnauit in Iudæis, Manichæis & Priſcillianiſtis: quòd uidelicet aut ſecundum legẽ Moſaicam, aut, ex ſuperſtitione à cibis quibuſdã abſtineant. Catholici enim, ſicut Auguſtinus Fauſto Manichæo * re-

† 1. Tim. 4. a. Coloſſ. 2. c. d. Canon apoſt. 50. & 52. Concil. Gangrenſ. can. 2. 1. Tolet. in aſſertione fidei. 1. Braccar. can. 14.

* Lib. 30. con

ſpondet, quòd à carnibus abſtinent, edomandi corporis cauſa id faciunt, propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandã, non quòd carnes eſſe immundas credant. Nec ſolùm à carnibus, uerùm à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent, uel ſemper, ſicuti pauci, uel certis diebus atq; tẽporibus, ſicuti per Quadrageſimam ferme omnes. Sic Auguſtinus: atq; ante illum id ipſum etiam docet Epiphanius: ubi cõfutat Aërianã hæreſim†, quæ ſtata Eccleſiæ Ieiunia cuique libera eſſe uult, atq; ad ea neminem ſinit obligari.

Quod autem in publi

tra Fauſtũ c. 5. Item Theoretus in epitome diuinorũ decr. cap. de abſtinent. Bern. ſer. 66. in cantica.

† Hæreſi 75. & Auguſt. hæreſi 53.

*Hier. in epist. ad Gala. ca. 4. Leo ser. 3. & 4. de ieiunio 7. mensis. Basil. orat. 2. de ieiunio.

cis * ieiunijs, sicut & in precationibus & ferijs, ratio temporis obserua tur, id ordinem & concordiam publicã in Ecclesia cõfirmat, illustrat ac promouet. Deinde priuata ieiunia non ita multi quidem imponerent sibi, utpote naturali carnis amore uẽtrisq; studio ad suscipienda ea plurimum impediti.

† Libro 2.

Iam quòd magni momenti, & certi meriti sit, eiusmodi ieiunia reuerenter amplecti, seduloq; obseruare, tam apertè probat Hieronymus † contra Iouinianum, hac de re amplius ut à nullo possit dubitari. Quibus addenda sunt, quæ suprà docuimus de præceptis Ecclesiæ ob-

seruandis, idq; ad scandalum * euitandum, & ob disciplinam publicã retinendam, neque modò propter iram, sed etiam propter conscientiam, ut Apostolus * dixit.

* Aug.ep.118 ad Ianuar.c.2

* Rom.13 b.

Constat autem, sicut omnium ætatum scriptores comprobant, Ecclesiæ disciplinam, consuetudinem, traditionem, sanctionem hanc & esse constantem, & inde ab initio fuisse, ut diebus† quibusdam, præsertim* Quadragesimæ, Ieiunium hoc Ecclesiasticũ obseruaretur. Ita docent Canones † Apostolorum & sacrosanctæ *Synodi. Gangrensis † quidẽ Anathemate eos ferit, qui communia to

† Aug.ep. 86. Epiph. in cõpend. doctr. Calistus ep. 1. ad Benedictũ. Leo ser. 8. & 9. de ieiunio 7. mensis. Isidor. lib. 1. de off. eccles. c. 37. & s. Cõc. Mogun.

tius Ecclesiæ Ieiunia cō temnunt: Toletana* uerò communione eos priuari iubet, qui sine ineuitabili necessitate & euidenti languore carnibus in Quadragesima uescuntur.

Et singularis Patrum est ardor in cōmendando, urgendo & exigendo † ieiunio, præsertim Quadragesimæ, quod quidam ab Apostolis* institutū uideri nolunt. Ab hoc Patrum spiritu sunt alieni, qui ieiuniorum legē sibi aliisq; relaxant, & carnis licentiæ, non libertati Euangelicæ patrocinātur. Hi carnem † cum uitiis & concupiscentiis nolunt crucifigi, ac proinde quæ sunt spiritus, non

c.34 Salegur. c.2. Bernar. in u gil. Andreę.
* Ignat. ad Philip.
Epiph. in cōpendiar. doct.
Theophilus Alex. li. 3. paschal.
Maximus in sermonib. de quadr.
Item Ambr. Augu. & Leo de eadem. Cyrill. lib. 10. in Leuit.
Isido. de off. c. 36.
Aug. epi. 119. c. 15.
† Can. 68.
*Laod ca .50
2. Brac. can 9.
Tribur. cā. 3c.
Agath. can. 12
† Can. 19. Itē Mogū. can. 35
*8. Tol. can. 9.
Vide Telesph. in epi. ad uni-

ſapiunt: ſed ſpiritum potius* extinguunt, aduerſus doctrinam Apoſtolicam. Deinde palàm obſiſtunt Eccleſiæ matri, immò etiam * Chriſto in Eccleſia ſponſa loquẽti atque præcipienti, unde ſibi certam damnationem acquirunt, quando ſanctum & ſalutiferum, & ab Eccleſia nobis uſq; commendatum ieiuniorum inſtitutum abrogant repudiant'ue.

VI.

Quid de Ieiunio ſacra Scriptura tradit?

Diuina uox eſt, quæ per Ioẽlẽ ad peccatores clamat: † *Cõuertimini ad me in toto corde ueſtro in ieiunio, fletu & planctu.* Nec multò pòſt:

uerſos. Theophilum Alex. 3. paſch. Augu. ſerm. 64. de temp. Niceph. li. 17. c. 32. Chryſ. homi. 6. ad popu. Itẽ 1. & 2. in gen. † Baſil. orat. 2. de ieiunio. Augu. ſerm. 62. de temp. Ambr. ſerm. 23. 25. 34. 36. & 37. * Hiero ad Marcellã contra errores Mont. Epiph. hæreſi 75. † Galat. 5. d. 1 Cor. 2. d. * 1 Theſſ. 5. c. Ambr. ſer. 36. Max. ſer. in litaniis. * Lucæ 10. c. Rom. 13. a. Actor. 15. e.

† Ioel. 2. c.
* Ibidem d.

* *Canite tuba in Sion*, inquit, *sanctificate ieiunium, uocate cœtum, congregate populum*, uel sicut alij legunt: Sanctificate ieiunium, prædicate curationem. Vt hinc discamus, Ieiunium sanctificari cæteris bonis operibus, & sanctificatum curationi proficere peccatorum, ut Hieronymus *interpretatur. Nam ut idem† è sacris literis colligit per Ieiunia Daniel * uir desideriorum futura cognouit: & Niniuitæ irã placauerunt DEI: & Elias ac Moses quadraginta dierum esurie, DEI familiaritate saturati sunt: & ipse Dominus totidem diebus in solitudine ieiunauit, ut nobis solennes ieiu-

* In Ioelem.
† Ibidem, & lib. 2. contra Iouinia.
*Daniel. 9. f.
Ion. 3. d.
3. Reg. 19. b.
Exod. 24. d.
Deuter. 9. b.
Matth. & Luc. 4. 2.

niorũ dies relinqueret: & acriora dæmonia docuit, * non nisi oratione & ieiuniis posse superari: & Apostolus frequenter * se ieiunasse dicit, & in psalmis pœnitens loquitur: * *Manducabam sicut cinerem panẽ meum, & potum meum cum fletu miscebam*. Et, * *Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabã in ieiunio animam meã*. Demum quid eo manifestius, quàm quod Christus affirmat * fore, ut cùm ipse sponsus discipulis suis maximè dilectus ablatus sit, tunc illos licet Spiritu * sancto plenos, ieiunaturos esse? Itaque Paulus fideles omnes hortatur, * *Exhibeamus nosmetipsos, si-*

* Matth. 17. c.
* 2. Cor. 6. b. & 11. f.
Psalm. 101. b.
Psalm. 34. b.
Matth 9. b. Luc 5. g.
Actor. 13. a.
2. Cor. 6. a.

*cut Dei ministros, in multa patientia, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate. * Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.*

Galat. 5. d.

DE ORATIONE.

VII.

Quid est Oratio?

EST pius nostræ mentis in Deum affectus, quo petuntur fideliter, quæcunq; sunt nobis, aut aliis salutaria: quo diuinam quoque gratiam & uirtutẽ celebramus, aut qualicunque ratione coram summa & æterna illa Maiestate nos deuotos testamur. Vt huc spectet

Damaſ. lib. 3. orthod. fidei cap. 24. Aug. lib. 2. de ſerm. Domini. in monte cap. 7. & ſer. 230. de tẽpo. Baſil. in Iulittam martyrẽ. Chryſ. homi. 30. in Geneſ.

non solùm precatio, sed etiam adoratio, oblatio seu sacrificium, inuocatio, laudatio, gratiarum actio.

Modum autem precādi & formulam singularem Christus * præscripsit, sicuti suprà declarauimus. Et nullum est sanè opus magis in scriptura commendatum, nullum pijs sanctisq; hominibus familiarius: nullum quod à pluribus & sæpius, & diligentius, magisque necessariò in hac uita sit exercendum, atque precatio. Verè dictum illud, * *Oratio humiliantis se nubes penetrabit*. Item, † *Oportet semper orare*, ardēti scilicet cordis affectu & citra hypo

Matth. 6. b.

Ecclesi. 35. d.

Lucę 18.a.

crisim, & absque laudis
Ioan.4. c. humanæ respectu, hoc
est, in spiritu & ueritate.
Interim orantes exter
num corporis gestum &
habitum ritusque non-
nullos adhibent sæpe. Et
rectè quidem, ut exem-
pla Scripturæ commonstrant.
Nam & Christus
* Ioan.17.a Dominus nunc* subleua
tis in cœlum oculis, nũc
† Matth.27.e. Lucę 23. f. † elata uoce, nunc in ter
* Matth.26.d. ram* prostratus patrem
† Daniel. 9. a. orauit. Tum † Danielis
* Ioan.3.c.d. ac Niniuitarum* preca-
tio, quia non sine ieiu-
nijs, sacco & cinere insti
tuta fuit, magis cõmen
datur. Nec frustra de Pu
Lucę 18.c. blicano† dictũ est, quòd
humili facie, depressis
oculis pectorisq; tunsio
ne suam in templo pre-
catiõnẽ instruxit. Quæ

quidem licèt externa ui deãtur,& ab impijs etiã fieri ac oſtẽtari queant, tamen hactenus laudem illa merentur, quatenus & piè corpus exercent, rediguntq; in obſequiũ creatoris, & animum excitant,fulciunt ac pro mouent in cultu interio re. Præterea ſunt hæc te ſtimonia quædam fidei, humilitatis atque pieta tis non negligenda, ut quæ non ſolùm ſpectanti proximo, ſed etiam Ec cleſiæ adferunt ædifica- tionem.

VIII.

Cur in orando ſeduli & aſſi dui eſſe debemus?

PRimũ ob maximas & infinitas eorum, qui ritè precantur, utili

Iſidor. de ſum mo bono lib. 3. cap. 7. Aug. ſer. 226.

de temp. Chryſ.li. 1. & 2. de orando Deum. & ho. 5. de incópre-henſ. Dei natura. Item ho. 70. ad pop.

* Matth. 26. d. Lucæ 18. a. Roman. 12. c. Coloſſ. 4. a. 1. Theſſ. 5. c. 1. Timot. 5. a. Iacob. 5 d.

† Marc. 11. c.

* Lucę 11. b. Matth. 7. b.

* Matth. 7. b. Luc. 11. c.

tates. Deinde quòd Oratio proprium & neceſſarium ſit fidei exercitiū. Habet prætereà præceptum in diuinis* literis paſſim, neq; modò frequentem, ſed etiam eximiam plenamq́; conſolationis & ſuauitatis promiſſionem. † *Dico uobis*, inquit ipſa Veritas Chriſtus: *Omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis.* Et rurſum: † *Ego dico uobis, Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.* Atque iterum: * *Si uos cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris: quantò magis Pater ueſter qui in*

cœlis est, dabit bona petentibus se? Talibus quidem dictis, ut rectè colligit Chrysostomus*, ac tali spe prouocauit nos ad orandum uniuersorum Dominus. Nos uerò decet obtēperantes Deo, semper omnem uitā in laudibus Dei, precibusque transigere, maiore studio curā agentes diuini cultus, quàm uitæ nostræ. Sic enim contigerit semper uiuere uitam homine dignam. Hæc ille.

*Li. 1 de orando Deum.

IX.

Quibus exemplis uim Orationis & fructum colligemus?

IAcobus Apostolus, ut orationis uirtutē explicaret exemplo, ita

† Iacob. 5. d. scripsit: † *Elias homo erat*
3. Reg. 17. a. & 18. g. *similis nobis, passibilis: & oratione orauit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cœlũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.* Pluribus exemplis Augustinus rem eandem
Exod. 17. c. d. cõprobat: Orante Mo-
1. Reg. 7. c. d. se & Samuele uincuntur à Iudæis hostes Amalechitæ atquæ Philistæi.
Hier. 32. c. d. Orans Hieremias* confortatur in carcere. O-
Daniel. 6. c. rans Daniel inter Leo-
Daniel. 3. c. nes exultat. Orantes tres pueri in fornace tripu-
† Lucæ 23. f. diant. Orans† de cruce Latro inuenit paradi-
Daniel. 13. e. sum. Susanna per orationem inter senes falsò
* Actor. 7. g. accusantes defenditur.
Hiero. contra Vigilantium. *Stephanus orans in cœlum

lum suscipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur.

Quibus exemplis nō modò fructus Orationis ostenditur, sed etiā precandi studiū ac sedulitas nobis cōmēdatur. Quare Scriptura quoq; Apostolica cohortatur: * *Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.* Et rursus: * *Orate pro inuicem ut saluemini; multum enim ualet deprecatio iusti assidua.* Item, *Hæc est fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcunq; petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos.* Præterea: * *Qui scit fratrem suū peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei uita.*

* 1. Thess. 5. c.
Iacob. 5. d.
1. Ioan. 5. c.
* 1. Ioan. 5. d.

DE ELEEMOSYNA & operibus misericordiæ.

X.

Quid est Eleemosyna?

Vide Chryſ. hom. 13. in 2. Corin. & ſer. 36. de uerbis Domini.

EST beneficiū ſeu munus, quo alterius miſeriæ ex noſtro cōmiſerationis affectu ſubuenitur. Quò ſpectat id, quod apud Tobiam Raphaël Angelus teſtatur: * *Bona eſt Oratio cùm Ieiunio & Eleemoſyna*: vt intelligamus, ſicut Cyprianus * admonet, orationes noſtras ac Ieiunia minus poſſe, niſi eleemoſynis adiuuentur. Bona miſericordia, inquit † Ambroſius, quæ & ipſa perfe-

* Tob. 12. b.

* Serm. 1. de eleemoſyna.

† Lib. 1. Officiorum c. 11.

ctos facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nihil tam commendat Christianam animam, quàm misericordia. Sic ille: * *Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est, ut sitis filij patris uestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*. Ita Christus Saluator & Samaritanus noster, omni gratia & misericordia plenus, qui * pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo.

* Lucæ 6.f.

Luc. 10.f

* Actor. 10.f.

XI.

Quo pacto Scriptura nobis commendat Eleemosynam?

† *Date, & dabitur uobis*. Proinde Daniel Propheta impio Regi consulit: * *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum*. Tum alibi legitur: * *Ignẽ ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis*. Neq; hominis uerò, sed Angeli uox ea fuit, * *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & uitam æternam*. Quin & CHRISTVS ipse pronunciat, † *Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantùm in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam*. * *Beati* igitur *misericordes, quoniam ipsi misericordiã con-*

† Lucæ 6. f.
* Daniel. 4. e. Chrys. hom. 26. in Matth.
* Ecclesiasti. 3. d.
Tob. 12. b.
Matth. 10. d.
Matth. 5. a.

ſequentur. E contrario autem, ut Iacobus affirmat, * *Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam*.

Iacob.2.b.

XII.

Quibus exemplis Eleemoſynæ uirtus & fructus declaratur?

IN ſacris quidem literis * Abraham & Loth propter hoſpitalitatem & DEO placuiſſe, & Angelos* hoſpitio excepiſſe dicuntur. Tobiæ & Centurionis eleemoſynæ tantum ualuerunt, ut in memoriam aſcenderint in conſpectu Dei, & non ſolùm teſtes, ſed etiam collaudatores habuerint ſanctos Angelos. Zachæus * Chriſti uerbis permo-

Gene. 18. a. & 19. e.
Hebr. 13. a.
Tobiæ 12.c.
Actor.10.a.
Lucæ 19. a.

tus, & ex principe Publicanorũ ſpeculum miſericordiæ factus, dimidium bonorum dat pauperibus, & mox Abrahæ filius à Chriſto ipſo pronunciatur. Tabitha *, ut plena operibus bonis & eleemoſynis, quas uiduis præſertim faciebat, à Luca celebratur. Sic piæ matronæ laudem habẽt in Euangelio* ſingularem, quæ cum Magdalena & Martha Chriſto Domino eiuſque pauperibus diſcipulis liberaliter de ſuis facultatibus inſeruiebant. Et de Laurentio Leuita & Martyre iuſtisſimè canitur, * *Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.*

Actor. 9. g.

Lùc. 8. a. & 10. g.

Pſalm. 111. b. Ambr. lib. 2. off. cap. 28.

XIII.

Quid est Misericordia?

* Lib.9.de ciuit.Dei ca. 5.

EST, sicut * Augustinus affirmat, alienæ miseriæ quædam in nostro corde compassio, qua utique si possimus; subuenire compellimur. Quod misericordiæ nomẽ pro eleemosyna dici & accipi persæpe solet. *Omnis autem misericordia*, teste diuina Scriptura, *faciet locum unicuiq; secundum meritum operum suorum*. Hanc sæpe & mirificè commendat † Chrysostomus, nec dubitat alicubi dicere, * Misericordia est salutis præsidium, fidei ornamentũ, propitiatio peccatorũ: hæc est quæ iustos pro-

Ecclesiasti. 16. b.

† Hom.53. in Matth. Item 32. 35. & 37. ad pop.

*Chrys.hom. de misericordia & duabus uiduis.

bat, sanctos roborat, Dei cultores ostentat. Quin etiam, si Ambrosio † credimus, omnis summa disciplinæ Christianæ in misericordia & pietate est.

† In epist. 1. ad Timoth. ca. 5.

XIIII.

Sunt'ne unius generis misericordiæ opera?

DVplicis ea generis esse* inueniuntur: cùm alia sint corporalia, alia spiritualia. Corporalia quidem dicta, quoniam ad corporalem miseriam proximi subleuandam exercentur. Spiritualia uerò, quòd in his saluti proximi spirituali bene consulimus atque operã damus. Huius multiplicis misericordiæ cla-

* Aug. li. 1. de mor. eccl. cathol. c. 27. & in Ench. c. 72

rum præbet exemplum Iob benignisſimus, qui
* Iob 31. b. & ibidem Greg. de ſeipſo teſtatur: * *Ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de utero matris meæ egreſſa eſt mecũ.*
† Iob 29. c. †*Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* Item, * *Foris non*
Iob 31. d. *manſit peregrinus, oſtium meum uiatori patuit.*

XV.

Quot ſunt opera miſericordiæ tum corporalia, tum ſpiritualia?

SEptem in utroque genere numerãtur. Ac primùm quidẽ corporalia hæc ſunt: Eſu-

rientes pascere, potum dare sitientibus, operire nudos, captiuos redimere, ægrotos inuisere, hospitio peregrinos suscipere, mortuos * sepelire.

Vide Amb.li. 1.off.ca.30. & lib.2.cap. 21. Item li.2.c.6.

* Aug.li.5.de ciu. Dei c.13.

Spiritualia † uerò hæc: Peccantes corrigere, ignorãtes docere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proximi Deum orare, consolari mœstos, ferre patienter iniurias, offensam * remittere. Quæ humanæ pietatis officia, hominibus præsertim Christanis, nec barbaris planè, tam aperta & probata sunt, ut longa tractatione neutiquam egeant.

† Aug. in enchi.c.72 & de moribus eccl. cath.ca.28. & serm. 203. de temp.

* Aug. hom. 40. ex homiliis 50. & ser. 203.de temp. Chrys. homi. 36. ad popul.

XVI.

Quomodo isthæc Scripturis ostenduntur?

PVlchrè quidem ac passim: sicut in primis illa Esaiæ uerba, aut potius Dei præcepta, commonstrant, †*Frange*, inquit, *esurienti panem tuum, egenos uagosque induc in domum tuam. Cùm uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Quorum officiorũ ingens quoque fructus ibidem subijcitur: †*Tunc anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.* Et Ioannes, qui in charitate & misericordia fraterna nobis commendãdà totus est, inter cætera docet: **Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suũ necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quo modo charitas Dei manet*

Esaiæ 58. b.

Ibidem c.

1. Ioan. 3. c.

in eo? Neque contentus hoc dicto, præclarè concludit:* *Filioli mei, non diligamus uerbo, neq; lingua, sed opere & ueritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex ueritate sumus.* Ibidem c. d.

Hæc sunt fidelium, uereque iustorum opera, quæ in † extremo illo iudicio Christus agnoscet, & palàm approbabit: propter quæ regnum promissum decernet, iustitiæq; coronam reddet misericordibus, quos & ipse iustos p̄dicat. Quæ quidē opera tantò plus ueræ laudis æterniq; præmij porrigunt, quantò fiunt ab animo Christiano sincerius, alacrius, nimirum ut in illis humanæ uanitati atq; cupiditati quàm̃ minimum lo

† Matth. 25. d. Lucæ 14. c. Aug serm. 50. de tempore.

Gregor. curæ past. parte 3. admo. 21.

ci relinquatur, ea uerò ad Dei gloriam, proximiq; cui seruiunt, commodum propriè referantur. Hinc illæ scripturæ

* Rom. 12. b. uoces obseruandæ:* *Qui tribuit, in simplicitate: qui miseretur in hilaritate.* †

† Tobiæ 4. b. *Noli auertere faciem ab ullo paupere. Quomodo po*

* 2. Cor. 9. b. *tueris, ita esto misericors.* * *Hilarē datorē diligit Deus.*

† Ecclesiasti. 35. b. †*In omni dato hilarem fac*

* Psal. 111. a. *uultum tuum.* * *Iucundus homo, qui miseretur & commodat.* Certè Chri-

† Lucæ 10. f. stus apud Lucam † talē depingit Samaritanum, qui non solum Christianis, sed etiam Ethnicis præclarum exemplū præbeat summæ humanitatis perfectæq; misericordiæ qua sit ignotis etiā & immerentibus ultrò

præſtāda.**Qui uerò parcè ſeminat, parcè & metet*, Apoſtolo teſte. Satis autem hactenus de corporalibus præcipuè operibus miſericordiæ. 2.Cor.9.b.

XVII.

De ſpiritualibus quid porrò Scriptura teſtatur?

D*Ebemus*, † inquit, *nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Vnuſquiſque ueſtrûm proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit*. Ac rurſus: * *Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto donauit nobis*. Item, † *Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſsimi, & ambulate* Roman.15.a. Epheſ.4.g. Epheſ.5.a.

ſi

in dilectione, sicut & Chri
Coloss. 3. b. *sti dilexit nos.* Præterea, † *Induite uos sicut electi Dei, sancti & dilecti, uiscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes uosmetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut Dominus donauit uobis: ita & uos.* Iterũ uerò:
1. Thess. 5. c. * *Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.*

Hæc aliaq; id genus permulta passim inculta
1. Corin. 9. d. Paulus: qui, ut † omnes faceret saluos, omnibus omnia factus est: ut hinc
2. Cor. 11. g. ipse testetur: * *Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & ego*
Roman. 9. a. *non uror?* Et iterum, * *Tri*

ſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabã enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Tum alibi, † *Ego libentiſsimè impendã, & ſuperimpendar pro animabus ueſtris abundantius, licèt plus uos diligens, minus diligar.* 2.Cor. 12.e.

XVIII.

Quæ ſumma eſt doctrinæ omnis de miſericordiæ operibus præſtandis?


APoſtolus rẽ omnẽ hoc quaſi unico uerbo complexus eſt, * *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti,* puta legem charitatis. De qua lege rurſus idem:* *Si quod eſt mãdatum, in hoc uerbo inſtauratur: Diliges proximum* Galat.6.a. * Roma.13.c. Galat.5.c.

tuum sicut te ipsum. Et Pe
1. Petri 4.b. trus Apostolus, † *Ante omnia* inquit, *mutuam in uobisipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum*. Quod charitatis misericordiæq; præstandæ præceptum ac officium, ut est naturæ ac rationi maximè consentaneum: sic ad omnes etiã se porrigit, ut hinc
Eccl̃esi. 17. b. scriptum legamus, * *Vnicuiq; mãdauit Deus de proximo suo*. Ita uerò mandauit, ueluti Christus in
Math. 7. b. Lucæ 6. e. terpretatur: † *Omnia quæcunq; uultis, ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis. Hæc est enim Lex & Prophetæ*.

DE VIRTVtibus Cardinalibus.

I.

Quid sibi uult nomen & ratio Cardinalium uirtutum?



Ardinales quædam uirtutes idcircò dicuntur, quòd sint tanquam aliarum fontes & cardines, & quemadmodum ostium in cardine, sic omnis honestæ uitæ ratio in illis uersetur, ac boni operis uniuersa structura eisdem inniti quodammodo uideatur. Eius-

Prosper de uita contempl. lib.3.cap. 1. & Ambr.li. 1. off.cap.24. & sequentibus.

modi uerò quatuor nu
merantur: Prudentia,
Iustitia, Temperantia &
Fortitudo: de quibus ita
Sapient. 8. a. scriptum extat: * *Sobrie
tatem & prudētiam docet,
& iustitiam, & uirtutem:
quibus utilius nihil est in ui
ta hominibus.* Vbi per so-
* Aug. lib. 1. Retract. cap. 7. brietatem * temperan-
tia per uirtutem fortitu
do haud obscurè desi-
gnatur, omnesq; illæ no
bis ita cōmendantur, ut
ab æterna Sapientia, qui
Deus est, eas propriè cō
ferri, & ingenti cum fru
ctu humanæ salutis acci
pi atque exerceri, certò
intelligamus. Quæ uir-
tutes etiã Officiales di-
ctæ sunt, quoniam ab ijs,
Li. 1. off. c. 25. ut Ambrosius † annota-
uit, nascuntur officiorũ
genera, cunctaq; com-

munis uitæ officia secũdum suam cuiusq; uocationem deriuantur.

II.

Quomodo Cardinales uirtutes definiuntur?

PRudẽtia est uirtus, quæ secundum honesti rationem quid expetendum, quid'ue fugiẽdum sit, homini præscribit. Iustitia est uirtus, qua cuiq; sua tribuũtur. Temperantia est uirtus, uoluptatum carnis, quæ gustu atque tactu percipiuntur, moderatrix. Fortitudo est uirtus, qua labores mortisque pericula constanter & suscipiuntur, & perferuntur.

Definit easdẽ Aug. lib. 1. de libe. arb. c. 13. & lib. de moribus eccle. cathol. c. 15. De his in libris Officiorum differit Ambrosius. Prosper li. 3. de uita contempl. c. 18. & sequentib. Bern. in paruis sermonibus, serm 35.

Hæc est nobilis quadriga uirtutum, qua in

cœlũ uehimur: hæc flumina quatuor paradisi, ut Augustinus * uocat, cuius & hoc dictum extat memorabile: Illa est, inquit†, humanarum rerum scientia, quæ nouit lumen prudentiæ, temperantiæ decus, fortitudinis robur, iustitiæ sanctitatem. Hæc enim sunt quæ nullam fortunã metuentes, uerè nostra dicere audemus.

*Lib. 2. de Genesi cõtra Manich. cap. 10. Item Ambr. in lib. de paradiso cap. 3.

† Lib. 1. contra Academicos cap. 7.

III.

Quo pacto Prudentia nobis sacris literis commendatur?

PRudẽter monet Ecclesiasticus in hunc modum, **Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis.* Item, † *Sapiens cor & intelligibile ab*

Ecclesia. 32. d.

Ecclesiast. 3. d

stinebit se à peccatis, & in operib. iustitiæ successus habebit. Tũ fons omnis sapiẽtiæ prudentiæq; Christus, uerus ille Salomon, ita docet: **Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*: ut intelligamus, ad perfectã prudentiam utrunq; cõiunctim requiri, columbinam uidelicet simplicitatem, quæ innocentes mitesq; facit: & serpentinam prudentiam, quæ homines cautos ac prouidos reddit, ut nec fallant ipsi, neq; ab ullo fallantur. Id fiet, si Paulinæ doctrinæ nos accommodemus. **Videte fratres* inquit, *quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes tempus, quo-*

Matt. 10. b. & ibid. Theoph.

Ephes. 5. d.

niam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes sed intelligētes, quæ
Roman. 12. a. *sit uoluntas Dei * bona scilicet, & beneplacens, & perfecta.* Atque huc pertinet dictum Salomonis,†
†Prouer. 13. d *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorū similis efficietur.*
† Prou. 17. d. Et illud, † *In facie prudentis lucet sapientia.* Demū
Prou. 18. c. quod idem affirmat,* *Cor prudētis poßidebit sciētiam, & auris sapient quærit doctrinam.*

IIII.

De Iustitia quid porrò Scriptura tradit?

* Prou. 14. d. IVstitia* eleuat gentem:
†Prou. 16. b. †*Iustitia firmatur soliū.*
* Ibidem. **Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate.* Cuius quidem

dem iustitiæ officiũ nobis per Apostolum his uerbis explicatur:* *Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorẽ, honorem.* Huc spectant iusti & beati uiri partes, sic in Psalmo * decantatæ: *Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos: Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usurã, & munera super innocentem non accepit.* Ex quo facilè cõstat Iustitiæ nomen contractius hîc accipi, quã ubi generatim de Iustitia Christiana disserimus.

Roman. 13. c.

Psalm. 14. a. b.

V.

Quo modo Temperantiam Scriptura docet?

AD uitandam intemperantiã hoc Scriptura nobis iniũgit,
Roman. 13. d. † ne carnis curam in de
Lucæ 21. f. ſiderijs faciamus, *ne'ue per gulam corda noſtra in crapula & ebrietate aliquãdo grauemus. Ceterùm a'd exercitandam temperãtiam hortatur,
1. Pet. 5. b. ubi † uult nos eſſe ſo-
Epheſ. 4. f. brios & uigilare, hoc eſt, ſacris uigilijs & orationibus aptos eſſe, ut nullum Satanæ locum demus. Monet igitur &
Eccle. 31. b. Eccleſiaſticus, * *Vtere quaſi homo frugi his, quæ tibi apponuntur, ut non cùm manducas multum, odio habearis*. Neq; tacet idem

de fugienda ebrietate,† *Vinum quippe multùm potatum, irritationem, & iram & ruinas multas facit.* Quin etiam ut idem ait, * *Vinum & mulieres apostatare faciũt sapiẽtes.* Igitur de potu uini tem peratè sumẽdo hoc etiã addit: * *Exultatio animæ & cordis uinum moderatè potatum. Sanitas est animæ & corpori sobrius potus.* Quare alibi quoq; scriptum legimus: † *Beata terra, cuius principes comedunt in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* * *Qui autem absti nens est, adijciet uitam.* Sed hæc temperãtiæ uir tus etiam latius, quàm ad moderatam cibi po tusq; sumptionẽ se porrigit. Ioannes† Baptista,

Ibidem d.

Ecclesia. 19. a.

Ecclesia. 31. d

* Ecclesiastis 10. d.

Ecclesi. 37. d.

Matth. 3. a. & 11. c. Marci 1. a.

ſiquis unquã alius, temperantiæ, abſtinẽtiæ, immò & continentiæ omnis exemplum ſe nobis abſolutum præbuit, cũ luxum omnem in uictu habituq; ſibi præſcidit, & ſumma frugalitate cõtentus, uitam in eremo traduxit.

VI.

De Fortitudine quid Scriptura monet?

AD hanc colendã ſatis hortatur, cũ timorem improbum nobis adimit, & Chriſtianæ mentis fiduciam, alacritatem, conſtantiam atque magnanimitatem cõmendat. Prou.28.a. **Fugit, impius nemine perſequẽte,* inquit Salomon: *iuſtus autem quaſi leo confidens abſq; terro*

re erit. Et Petrus de fidei ac pietatis hostibus hoc admonet, † *Timorē eorū ne timueritis neq; cōturbe mini. Quis est*, inquit, * *qui uobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati.* Paulus uerò, cū esset ipse Christi miles inuictus, ad uerā & Christianam fortitudinem alios excitat sepæ: *Fratres*, inquit, † *mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes quòd labor uester non est inanis in Domino.* Ac rursum: † *Fratres, confortamini in Domino, & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias Diaboli, & resistere*

1. Pet. 3. c.

Ibidem.

1. Corin. 15. g

Ephes. 6. b.

in die malo, & in omnibus perfecti stare.

Fortis uiri uoces hæ sunt propriæ, † *In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.* * *Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meũ.* † *Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* * *Quis nos separabit à charitate Christi?* † *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Hoc est quod Rex fortissimus Dauid ad omnes DEI filios suosque commilitones ueluti classicum canens dixit, * *Viriliter agite, & confortetur cor uestrum, omnes qui speratis in Domino.* * *In Deo faciemus uirtutem, &*

† Psal. 55. a.c
* Psalm. 26.a.
† Psalm. 22.a.
* Roman. 8.g.
† Philip. 4.c.
Psalm. 30. d.
Psalm. 107. d.

ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Ea uerò demum uita homine Christiano digna est, qua prudenter, iustè, temperatè fortiterque uiuitur: hinc aurea mediocritas cõstat, ut ne quid nimis, & ne quid minus. Hoc est, quod Scriptura loquitur:* *Ne declines ad dextram, neque ad sinistram.* Prou.4.d.

DE DONIS
& fructibus Spiritus sancti.

I.

Quot sunt dona Spiritus sancti?



A septē apud Esaiā *Prophetā & Ecclesiæ Patres inueniuntur: Spiritus sapientiæ, Intellectus, Consilij, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis ac demum Spiritus timoris Domini.

* Esai. 11. a. & ibidē Hieron. Ambr. lib. 1. de Spiritu sancto ca. 20. Aug. ser. 209. de temp. & 17 de Sanctis. Item lib. 1. de serm. Domini in monte c. 9. Greg. ho. 19. in Ezech. & li. 1. moral. c. 28. Item 35. moral. cap. 7.

Quæ quidem dona, uel Spiritus in Christo Iesu Domino nostro * perfectius, quàm in ul-

lo alio, reperiuntur. Is enim plenus† est gratiæ & ueritatis: in illo habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. * De plenitudine eius nos omnes accepimus: † qui & de Spiritu sancto suo dedit nobis.* *Si quis* autem *Spiritum Christi non habet, hic non est eius*, si Apostolo credimus.

Bern. in serm. de donis Spiritus sanct. * Orig. ho. 3. in Esa. & ho. 6 in Numeros. †Ioan. 1. b. Coloss. 2. b. * Ioan. 1. b. † 1. Ioan. 4. c. * Roma. 8. b.

II.

Quot sunt fructus Spiritus?

AB eodem Apostolo * Paulo duodecim numerantur.

*Galat. 5. d.

Primus est CHARITAS, fructus quidem generosissimus, ac radix etiam bonorũ omnium: sine * qua non possunt

* 1. Cor. 13. a. Aug. in epist.

Ioan. tract. 5. Et in Euang. Ioãnistrac. 87 De fructibus Spiritus uideatur Hieronymus. Chrysost. Theodor. & Theophila. in episto. ad Galat. Item August. tractat. 87. in Ioan.

prodesse cætera bona, & quæ ipsa non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus, ut inquit Augustinus.

Alter fructus est GAVDIVM, hoc præstans, ut homo spiritualis alacriter læteq; seruiat Deo.

Tertius PAX, quæ eò spectat, ut in huius mundi procellis animi seruetur tranquillitas.

Quartus PATIENTIA, quæ in duris ferendis est sita.

Quintus LONGANIMITAS, quæ magnitudinẽ animi in futuris bonis expectandi declarãt.

Sextus BONITAS, quæ nulli nocet, sed bene uult omnibus.

Septimus BENI-

GNITAS, inuitans ad familiaritatem, dulcis alloquio, moribus temperata.

Octauus MANSVETVDO, quæ omnes iræ motus sedat & mitigat.

Nonus FIDES in proximum, ut fideles, pactorumq; ac promissorum obseruatores simus.

Decimus MODESTIA, quæ omnẽ fastus & arrogantiæ suspicionem excludit.

Vndecimus CONTINENTIA, qua non solùm ab escis, sed etiam ab omni nequitia abstinemus.

Duodecimus CARITAS, quæ mentem castã in corpore casto conseruat.

III.

Quomodo doctrina de donis & fructibus spiritus ritè utemur?

ITA uidelicet, si gratis animis, unde illa nobis proueniant, agnoscamus, ac eorũdem uirtutem & usum in nobis efficacem sentiamus, exprimamus atque conseruemus. Proueniunt certè ab omnis gratiæ fonte Patre *illo luminum, qui nobis suam bonitatem & charitatem immensam in his cõmendat, dum per Christum in nostram abundè Spiritum suum effundit. * *Charitas* enim *Dei* ut, Apostolus testatur, *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum*, *qui*

Iacob. 1. c.
† Tit. 3. d.
* Roman. 5. a.

datus est nobis, secundum hanc gratiam scilicet septiformem, Christo nobis ita prometẽte. † *Qui credit in me*, inquit *sicut dicit Scriptura*, *flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum*, ut ipse explicat Euãgelista. Alioquin absque Christo, sicut Hieronymus* dixit, nec sapiens quis esse potest, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Dei.

Ioan. 7. f.

* In caput Esa. 11.

Virtus autem, & usus horum donorum spiritualium eò spectat, ut uirtutes Theologicæ simul & Cardinales, quas diximus, suam in nobis uim & operationem le-

gitimam expediant, & expeditè perficiant. Efficiunt quoque, ut homines prorsus lubentes & Psalm.142.c. 50.c.&118.d. habiles ducem † Spiritũ sanctum ubique sequantur, atque eodem incitati & confirmati, in uia mandatorum DEI inde fesse procurrant. uereq; spirituales & Dei filij Roman.8.c. efficiantur. * *Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei*, Apostolo teste.

De his donis prolixũ esset nunc agere singulatim: inde porrò suauissimi fructus Spiritus consequuntur, qui nos uelu Psalm.51.b. ti frugiferas *arbores in Ecclesiæ agro commendãt atq; ostendunt, se-Math.7.c. cundum illud: † *Omnis arbor bona fructus bonos*

facit: mala autem arbor malos fructus facit. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Qui fructus etiã illud commodi afferũt, ut homo Christianus aduersus carnis opera, uelut spirituali quadã armatura, sit instructus & confirmatus. Nunquam enim fallet Canon Apostolicus, qui habet: † *Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.* Et alibi scriptum est, * *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* Galat. 5. c. Roman. 8. c.

IIII.

Quæ sunt carnis opera?

EA sunt, de quibus Apostolus ita dixerit: * *Manifesta sunt opera carnis: quæ sunt Fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, Idolorũ seruitus,* * Galat. 5. c. d. Vide Aug lib. 14. de ciuit. Dei ca. 2.

ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia: quæ prædico uobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei nõ consequentur. Et subiungit, *Qui autẽ Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & cõcupisentijs.*

Ibidem d.

Tum alibi: * *Qui in carne sunt*, ut secũdũ carnis uidelicet desideria ambulẽt, *Deo placere nõ possunt.*

* Roman. 8.

Augu. de uerbis Apo. ser. 6

Monet igitur idẽ Apostolus: † *Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternã.*

Galat. 6. b.

DE OCTO Beatitudinibus.

I.

Quæ'nam sunt Euangelicæ legis Beatitudines?



Llæ sanè sūt, quas & Dominicas Beatitudines, & Benedictiones Ambrosius* uocat, quæ apud Matthæū Euāgelistam octonario numero recensentur in hunc * modum: * Ambr. in 6. caput Lucæ. * Matth. 5. 3. Vide Chryso. Hier. & Theophi. in Matth. Item Aug. li. 1. de sermone Domini in monte cap. 2.

1. *Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorū est regnum cælorum.*
2 *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.*

& ſequentib. Chromatium epiſcopum in declamatione de octo beati tudinibus. & in 5. ca. Matt. Preterea Ber nardũ in ſer. 1 in feſto omniũ ſanctorũ. & ſer 4. de ad uen. Dom.

3. *Beati qui lugent: quoniã ipſi conſolabũtur.*
4. *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniã ipſi ſaturabuntur.*
5. *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiã conſequentur.*
6. *Beati mũdo cordes: quoniam ipſi Deum uidebunt.*
7. *Beati pacifici: quoniam filij Dei uocabuntur.*
8 *Beati qui perſcecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum.*

II.

Quare hæc de Beatitudinibus doctrina eſt obſeruanda?

QVoniam prima & maxima pars eſt legis Euãgelicæ, quã Chri

ſtus * Legifer noſter in monte tradidit ore ſuo ſacroſancto, ut cõſiderarẽt omnes, quid Chriſtiana Iuſtitia ultra fidẽ cõplectatur & poſtulet: deinde ſcirent, quomodo iuſtis corona iuſtitiæ, ut Paulus † uocat, uel merces * plena æternaque non ſine labore obueniat. Nam hinc etiam Iacobus affirmat, † *Beatus uir, qui ſuffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam uitæ.*

* Eſaię 33. d. Matth. 5. a.

2. Tim. 4. b.

2. Ioan. epiſt.

Iacob. 1. b.

III.

Quid uerò circa hãc de Beatitudinibus doctrinam præcipuè notandum eſt?

PRimùm quidẽ obſeruari debet, gra-

Bern. ſerm. 1. de Feſto omniũ ſanctorũ.

dus inter eas distinctos esse, ut ex ipso tum numero, tum ordine perspicitur. Deinde quolibet in gradu coniūctim duo proponuntur, quorum alterū ipse sit actus uirtutis, seu meritum, & Beatitudo (ut nuncupant) huius uitæ, alterum uerò æternæ uitæ præmiū suo merito congruens, quam beatitudinem patriæ licet appellare. Sicuti autem prior pars laborem & difficultatē offert credentibus: ita posterior quæ statim in singulis gradibus adijcitur, magnitudine propositi præmij consolationem admiscet, lenitque labores, sudores & agones in Christiana militia omnibus perferen-

dos. * *Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit*. † *Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem*. * *Quæ seminauerit homo, hæc & metet*, ut constanter gentium Doctor asseuerat. Quamobrē Dominus, priusquam† tremendum se iudicem orbi sistat, ad expectationem aduentus sui nos omnes his uerbis excitat: * *Ecce uenio citò*, inquit, *& merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua*. † *Qui uicerit, dabo ei sedere in throno meo*: quæ demum summa, æterna & absoluta est Beatitudo. At uana est prorsus mundi de beatitudine sententia, quæ permultos inte

*2.Timo.2.a.
† 1.Corin.3.b
*Galat. 6. b.
*Hebr.10.e.g
Actor.17. g.
Apocal. 22.c.
* Apocal.3.d.
Matth.19.d.
Lucę 22. c.

rim fallit ac perdit. Nā beati ferè uulgo putantur diuites, præpotētes, gloria & authoritate clari, bonis fortunæ affluētes, uoluptatibus indulgentes. Verum Christus

Luc. 6. d. *uæ uæ istis opponit, & liberè sic Esaias † acclamat: *Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuum tuorum dissipant.**


Esa. 3. c.

Psalm. 143. c. *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*, nimirū ut authorem suum bene beateque uidendo semper prædicet.

DE CONSILIIS Euangelicis.

I.

Quæ dicuntur Euangelica consilia?



EA uidelicet, quæ cum ad salutem cõsequendã simpliciter necessaria non sint, tamen ut parandæ salutis ratio expeditior habeatur ac facilior, à Christo proponuntur atque consuluntur.

Augu. ser. 61. de tẽp. & in enchir. cap. 121. Item lib. 1. de adulterinis cõiugiis cap. 14. & lib. de sancta uirginitate cap. 14.

Vnde discrimẽ, quod Scriptura inter præcepta & consilia * statuit, est sedulò retinendum,

* 1. Corin. 7. d Matth. 19. c.

ut illa quidem, tanquã obſeruatu neceſſaria, ꝓſcribit: hæc uerò ut perfectam præceptorũ obſeruationem promouentia ſuaderi, ac ſpontè ſuſcipi intelligamus. Hinc Apoſtolus, quum de obſeruando cœlibatu docere uellet, ita pronunciat: † *De uirginibus præceptum Domini non habeo: Conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à Deo, ut ſim fidelis.* Quò ſpectat quod Auguſtinus perſpicuè dixit:* Aliud eſt conſiliũ, aliud præceptum. Conſilium datur, ut uirginitas conſeruetur, ut à uino & à carnibus abſtineatur, ut uendãtur omnia, & pauperibus erogentur. Præceptum uerò

1. Corin. 7. d. Cypr. in ſer. de natiuitate Chriſti.

* Serm. 61. de tempore.

rò datur, ut iustitia custodiatur, ut omnis homo diuertat à malo, & faciat bonum. Et rursum †: Consilium qui libenter audierit & fecerit, maiorē habebit gloriam: Præceptū qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, euadere pœnam non poterit. Augustino consonat Ambrosius, cum ita scribit: * Non præcipitur quod supra legem est sed magis dato suadetur consilio, & quod tutius est, demōstratur. Item: Consilium inuitat uoluntarios: præceptum etiam adstringit inuitos. Neque aliter sensit Hieronymus, ut hæc eius uerba † declarant: Vbi consilium datur, offerentis ar

Ibidem.

* Ambr. epist. 82. ad ecclesiā Vercellēsem.

† Lib. 1. aduersus Iouinianum.

bitrium eſt : ubi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis. Sed maioris eſt mercedis, inquit,* quod non cogitur & offertur.

* Ad Euſtochium de uirginitatis cuſtodia.

II.

Quot ſunt Euangelica conſilia?

OMnia enumerare hoc loco non attinet : principalia uerò tria sũt, uti de Paupertate, Caſtitate & Obedientia complectenda, ſicut è ſacris literis Patres intellexerunt.† Paupertas ad eos pertinet, qui ſemel omnia relinquunt, ut Chriſtum exẽplo Petri & Apoſtolorum perfectè ſequantur.* Caſtitas eorum eſt, qui ſeipſos caſtrauerũt propter Regnum cœlorũ, & uti

† Matt.19.c.d Actor.4.g.

* Matth.19.b. Euſe.li 2.hiſt. ca.& Niceph. lib.2.cap. 16. ex Philone de uita contem.

Tertullianus * dixit, se uoluntarios probāt spadones. † Obedientiam uerò præstāt, qui, ut seipsos plenè abnegent, non solùm à cupiditatibus, uerum etiam à uoluntate sua, quod Scriptura † admonet, prorsus auertuntur, dum eius, quem sibi superiorem Christi loco elegerunt, uoluntati sese totos subijciunt.

* Li.1.ad uxorem.& Augu. lib.30. contra Faust.ca.4.

†Matt.16.c.d. Lucæ 9. c.

†Ecclesi.1 .d.

Huiusmodi consilia Christus perfectionis Euangelicæ absolutū exēplar, non uerbo tantùm docuit, uti mox ostendemus, sed etiā exemplo uitæ suæ sanctissimæ nobis confirmauit, qui † cùm diues esset, propter nos pauper factus est, non habens ubi caput reclinaret: qui Virgo

† 2. Cor. 8.b. Matth.8.c.

*Esaiæ 7. c.
Hiero. contra Iouin. lib. 1. & ad Eustoch. Ambro. epist. 81. & lib. 1. de uirginibus.

*Lucæ 2. g.
Philip. 2. b.

* Ioan. 6. d.

etiam ex Virgine * natus, & sanctarum uirginum sponsus, & amator idem castissimus usque perseuerat: qui tam sedulus demum in præstãda obedientia fuit, ut* matri Virgini adeoq́ue Fabro subditus, & ad mortem usq; crucis obediens factus, de seipso testetur:† *Descendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me.*

III.

Vbi consilium paupertatis Euangelicæ à Christo docetur?

APud Matthæũ eo in loco ostenditur, qui sequitur diuinorum præceptorum enumerationem: de quibu

præceptis unicuiq; citra exceptionem dictũ est: * *Si uis ad uitam ingredi, serua mandata*. Ac deinde consilium de uoluntaria paupertate sectanda † subinfertur, addita uerborũ formula singulari, quæ illud capessentis arbitrio relinqueret. Ait enim Dominus: * *Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & ueni, sequere me*. Vbi non solùm ita consulit Dominus, uerùm etiã quasi calcar addit, & ut homines ad consiliũ hoc amplectendũ lubentiores faciat, præmij proponit magnitudinem, quo eos alliciat atque consoletur. Sic

* Matth. 19. c.

† Hier. ad Helio. & Rusticũ. Item in ca. 19 Matth. & ad Demetriadẽ de seruãd. uir. Quæst. 1. ad Hedibiam. & ad Pammachium sup obitu Paulinæ. Basil. q. 9. diffusè explicat. Damasc. in historia Barlaã & Iosaphat. Chryso. in illud Pauli, Salutate Priscã & Aquilam.

* Ibidem.

enim fore promittit, ut qui omnibus propter Christum relictis pauper est, is habeat thesaurum in cœlo, accipiat * centuplum, & possideat uitam æternam, quæ diuitibus alioquin aditu est † perdifficilis.

Huiusmodi Paupertatis cultores ac professores * erant Apostoli, quorũ nomine fidenter dixit Petrus ad CHRISTVM: † *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* His accedunt nascentis Ecclesiæ Christiani, qui, uti Lucas* testatur, uendebant possessiones, & pecuniam ex his conflatam, in communem usum conferebant, ita ut nemo suum esse diceret aliquid, quoniã indi

*Mat. 19. d. & ibidẽ. Hiero. Euthy. & Anselmus. Item Theophilact. & Beda in 10. cap. Marci. Cassian. colla. 24. cap. 26. Greg. ho. 18. in Ezechielẽ. Bernar. in declamatio. de deserendis facultatibus.
† Matth. 19. c.
* Aug. lib. 17. de ciu. Dei c. 4
† Ibidem d.
* Actor. 4. g. Niceph. lib. 2. c. 2. Hiero. ad Demetriadem. & in catal. uirorum illustriũ, de Philone.

ſcreta & cõmunia apud ipſos manebant omnia.

Quæ paupertas id demum requirit, ut uoluntaria plenaq́; ſit abdicatio facultatum, quarum nulla proprietas * retineatur. Atq; hic locum habet celebris & antiquis probata ſentẽtia † ; Bonum eſt facultates cũ diſpenſatione pauperibus erogare: melius eſt pro intentione ſequẽdi Dominum inſimul donare, & abſolutum à ſolicitudine, cum Chriſto egere.

Auguſt. in pſal. 132. Poſſidon. in uita Aug. c. 5. Caſſ. li. 3. & coll. 3.

* Baſilius in cõſtitut. exercitatoriis cap. 34. & 18. Itẽ quæſt. 85. cõpendio explicata. Aug. epi. 109. ſer. 1. de com muni uita cle. Item lib. de morib. eccl. catholic. cap. 31. Hier. ad Euſt. Greg. 4. dial c. 55. & lib. 10. epiſt. 22.

† Lib. de eccl. dogmat. c. 71. & Hiero. aduerſus Vigilantium. Proſp. li. 2. de uita cõtẽp. c. 9

IIII.

Vbi Caſtitatis conſilium commendatur?

TVm in Euangelicis, tum in Apoſtolicis literis. Laudat

Aug. li. de bono coniug. c. g
†Matth. 19 b.
Esa. 56. b. & ibidem Hieron. Item lib. 1. aduersus Iouin.
Basil. de uirg.
Epiph. hæresi 58. contra Valesios.
Aug. de sancta uirg. cap. 25. & 26.
* Ibidem.
†In c. 19. Mat. & li. 1. aduer. Iouin.
Cypr. in trac. de habitu uirginum.
*Sapien. 8. d.
†In cap. 19. Mat. & Orig. tractã. 7. in Matth.
Aug. li. 6. confess. cap. 11.

enim†Christus illud genus Eunuchorum, qui propter Regnum cœlorum seipsos castrauerũt. Et ne præceptum hoc esse magis quàm consiliũ putaremus, mox subijcit:* *Qui potest capere capiat*. Quæ uox quasi hortantis est Domini, ut rectè Hieronymus † interpretatur, & milites suos ad pudicitiæ præmium concitãtis: perinde ac si dicat, Qui potest pugnare, pugnet, superet ac triumphet. Id ille potest, cui * datum est: datur autem omnibus, qui, ut Hieronymus † idem testatur, petierint, qui uoluerint, qui, ut accipiant, laborauerint. Omni * enim petenti dabitur, & quæ

rens inueniet, & pulsanti aperietur.

Cui quidem castitati præmiũ Diuina Scriptura decernit, singulare autem uirginum castitati. Etenim † qui cum mulieribus non sunt coinquinati, sed uirgines permanserunt, sine macula ante thronum DEI assistunt, cantantq́; nouum canticum coram Deo & Agno, ac sequũtur Agnum quocunque ierit.

Apostolus uerò planissimè dixit: *Bonum est homini mulierem non tangere.* Ac rursum:* *De uirginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiã consequutus à Deo, ut sim fidelis.* *Existimo enim*

Chrys. hom. 63. in Matth. Naz. in orat. in dictum euangelij. * Matth. 7. b. Lucæ 11. b. † Apoc. 14. a. Esaiæ 56. b. Cyrill. cate. 4. & 15. illumin. Martial. in ep. ad Tolosan. c. 9. & 10. Hiero. in ep. ad Philemonem. Aug. li. de sancta uirginita. c. 27. & sequẽ. Gregor. in 3. part. curæ past. adm. 29. 1. Corin. 7. a. * Ibidem d. Vide Hiero. lib. 1. aduersus Iouin. Ambros. in 1. Corinth. 7. & ibidem Theo

hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse. Atq; iterum de uidua * scribens, *Cui uult*, inquit, *nubat tantùm in Domino. Beatior autẽ erit, si sic permanserit secundum meum consilium: Puto autem, quòd & ego Spiritum Dei habeã*. Apostolo pulchrè suffragatur Ambrosius, ubi in hæc * uerba scribit: Iure laudatur bona uxor, sed melius pia uirgo præfertur dicente Apostolo: † *Qui iungit uirginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit*: Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, illa quæ mundi, illa coniugalibus uinculis colligata est, hæc libera uinculorum: illa sub lege, ista

doretum. Item eundẽ in epit. diuin. decret. cap. de uirginit. Chrysi. in li. de uirginitate.

* Ibidem g.

* Epist. 81. ad Syricium Papam. Legatur. idẽ in libris de uirginib. Itẽ in exhortatione ad uirgines, & in institutione uirginis. Præterea Athanasius, Basilius, Nazan. Aug. Nill. de uirginitate.

† 1. Cor. 7. g.

ſub gratia. Bonum coniugiũ, per quod eſt inuẽta poſteritas ſucceſſionis humanæ, ſed melior uirginitas, per quam regni cœleſtis hæreditas acquiſita, & cœleſtiũ meritorũ reperta ſucceſſio. Per mulierem cura ſucceſſit, per Virginem ſalus euenit. Ita Ambroſius.

Requirit autem iſthæc Caſtitas, ut quis cõſilio deliberato † atque conſtãti ab omni carnis ſorde, ſeu Venerea uoluptate, incorruptus uiuere ſtudeat, atque uitam cœlibem agat continenter: ut ſit ſanctus *, & corpore, & ſpiritu propter Chriſtum. Eoq; ſpectans Apoſtolus dixit: * *Qui ſtatuit in corde ſuo*

† Baſi. ſerm. 2. exercitamentorum pietatis: & in præfatione conſtitutionũ exercitatoriarum; Caſſ. colla. 12. cap. 4.

* 1. Cor. 7. f.

* 1. Cor. 7. g. Baſi. in pſ. 44.

firmus, non habens neceßitatem, poteštatẽ autem habens suæ uoluntatis, & hoc indicauit in corde suo seruare uirginem suã, bene facit.

V.

Quomodo consilium Euangelicum de Obedientia nobis proponitur?

CHRISTVS Dominus primùm exẽplo uitæ sanctissimæ, sicut antè meminimus, deinde uerbo suo huius obedientiæ rationẽ perfectam nobis indicauit atq; commendauit. Venit enim non suam * facere uoluntatem, sed Patris, & eorum, quibus fuisse subditus legitur: uenit idem *ministrare, & non ministrari, adeò ut humiliarit semetip-

* Ioan. 6. d. Lucæ 2. g.

* Matth. 20. d Lucæ 22. c. Philip. 2. b.

ſum factus obediens uſque ad mortem, mortẽ autem Crucis. Tum ad ſui imitationẽ nos uerbo excitans, dixit: † *Si quis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*. Quæ uerba, ut generatim ad omnes dicta, rectè quidem poſſunt accipi, ſed peculiariter tamen atq; perfectius ad eos pertinent, qui pro ſuo modulo ſe Chriſto ita conformant, ut nulla in re ſui eſſe iuris uelint, & alieno potius, quam ſuo arbitratu uiuere ſatagunt, dum alterius, quem Chriſti loco ſibi præpoſuerunt, uoluntatem & imperium ultrò ſequuntur. Horũ præfectus, uti Baſilius *

†Matth. 16. d. Lucæ 9. c. Hiero. ad Ruſticum monachum. Baſi. ſer. 2. & 5 exercitamẽtorum pietatis: & quæſt. 96. cõpẽdio expl. Item in conſtitutionib. exercitatoriis cap. 22. Greg. lib. 32. moral. ca. 21. Niceph. li. 11. eccl. hiſt. c. 37.

* Baſi. c. 22. in cõſtit. exercit.

docet, Christi personā obtinet, ac ueluti mediator Dei & hominum factus, salutem obedientium, Deo sacrificat. Vnde quemadmodū oues pastori obediunt, ea pergentes uia, qua pastor ipsa duxerit, ita conuenit huiusmodi pietatis exercitatores suis obedire præfectis, non curiosè inuestigando præcepta, ubi à peccato aliena fuerint: sed cum omni alacritate ac studio explēdo ea, quæ demandātur. De quo præfecto sic etiam post Basilium Bernardus† affirmat: Ipsum quem pro DEO habemus, tanquam Deum in his, quæ nō sunt apertè contra DEVM, audire debemus.

† Bern. de præcept. dispens.

Huiuſmodi autem fideles & excellētes Chriſti imitatores, quid dictis conſilijs obſeruandis seriò uacarent, uti ueteres oſtendunt annales, Eccleſia ſemper *habuit, & in his delectos probatosq; cœtus piorū ac Religioſorū hominū, qui ſupra uulgi morem ac exemplum, abdicatis ſemel bonis omnibus, & relictis carnis illecebris, ex profeſſo ſtuderēt ſanctæ obedientiæ: eò uidelicet ſpectantes, ut ad Chriſti obediētis exemplar & ad Euangelicæ normæ perfectionem ſeſe totos componerent, nullumq; propriæ uoluntati locum relinquerēt. Cuius rei teſtes per quā doneos habemus Baſi-

*Philo in lib. de uita cōtēp. & ex eodē Euſebius & Nic. Ioſephus l. 18 antiqui. c. 2 & cap. 2. & li. 2. de bello Iudaico cap. 7. Epiph. hæreſi 29. Hier. ad Euſt. de cuſto uirg. Item de uiris illuſtribus in Philone. Dionyſ. de eccleſ. hierarch. cap. 6. Euſeb. lib. 1. demonſtr. euang. c. 8. Aug. de mori. eccleſ. cathol. cap. 31.

lium, Augustinum, Hieronymum, Benedictum, Gregorium, Cassianum, Bernardum, aliosque innumeros Euãgelicæ perfectionis professores, & monastici instituti tum defensores, tum obseruatores integerrimos.

Cass. colla. 18. c. 4. & sequẽt. Naz. in uita Basilij. Athan. in uita Antonij. Sulpicius in uita Martini. Isidor. li. 2. de off. eccl. ca. 15. Sozom. lib. 1. hist. cap. 12. Greg. in 2. li. dial. Chrys. ad uers. uitup. monast. uitæ, & hom. 56. ad pop. & sequ. Item hom. 14 in 1. ad Tim. †Chrysost. in Matth. 5. cap.

VI.

Quid summatim de Consilijs Euangelicis est sentiendum?

HOC nimirum, † q̃ sint incitamẽta & subsidia quædam admodum, quæ infirmis aduersus mundi carnisq; illecebras arma præbeãt: quæ bonorum conatus in cursu ueræ pietatis ad meliora prouehant: quæ spiritum ad præstã da Religionis Diuiniq;

cultus officia expeditio rem reddant, & quæ insuper, ut ostendimus, ad æternæ uitæ mercedem ac * gloriam in cœlo pleniorem consequēdam conducant.

*Matt. 19. c. d

Ac summa quidem Euãgelicæ perfectionis in eo uersatur, ut, quàm maximè possis, ad * charitatē contendas, Christumque† imiteris. Imitaris autem, si Christo* & pauperi, & uirgini, & alijs subdito, & ad mortem usque Crucis obedienti, pro tua uirili te studeas conformare: si cum Apostolo itidem † Paulo neglectis ijs, quæ retrò sunt, indefesso labore ad anteriora contēdas, & ad supernæ uocationis brauium te ex-

* 1. Cor. 13. a. 1. Ioan. 3. c. Coloss. 3. c. Aug. de moribus eccles. cathol. cap. 33. † Lucę 9. c. * 2. Cor. 8. b. Matth. 8. c. Lucæ 2. g. Philip. 2. b. 1. Pet. 2. d. † Philip. 3. c.

tendas in dies, uolunta te interim propria in to tum quoàd eius fieri po test, abdicata, ac homini propter Deum subiecta, ut* æmuleris usque meliora Charismata, partemq́; optimam tum eligas, tum bona fide in finem usq; cõserues, Christo auxiliante.

* 1.Cor.12.d. Lucæ 10.g.

DE QVATUOR HOMINIS NOUISSIMIS.

I.

Quæ dicuntur quatuor hominis nouißima?



AEC uidelicet: Mors, Iudiciũ, Infernus, & Regnum cœlorum: dicta quidem nouissima, quòd inter cætera omnia quæ homini accidere possunt, extremũ planè locũ sibi uendicent. Mors enim, ut dici solet, est ultima rerum linea. Mortem sequitur Iudicium Dei, sicut &

Paulus his uerbis ostendit: † *Statutum est omnibus hominibus semel mori: post hoc autem Iudicium*, tum singulare scilicet, quod unusquisque moriens excipit, tum illud extremũ & uniuersale, quod omnes ad mundi finem expectat, ut suprà indicauimus.

†Hebr.9.g.

Iudicantur autẽ alij, quos in mortali peccato mors opprimit, † ut pœnis apud inferos perpetuis addicãtur: alij, quos ex hac uita migrantes ornat † nuptialis illa uestis charitas, ut * uita in cœlesti regno perbeata fruantur: Hoc est quod Euangelica ueritas asserit: † *Procedent qui bona fecerunt, in uitam æternã: qui uerò mala, in suppliciũ*

† Matth.25.d.
† Matth.22.b. Aug. lib. post collat. contra Donat.ca. 20. Greg. ho. 38. in euang.
*Matth.25.d.
† Ioan.5.e. Matth.25.d.

æternum.† *Filius enim hominis uenturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera eius.* †Matth. 16. d.

II.

Quomodo Scriptura nos de Morte docet?

SIcut † *per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors, ita in omnes homines mors pertransiit,* ut Paulus affirmat. Igitur etsi hora mortis nihil sit nobis incertius, *Nescit* * *enim homo finem suum*, morte tamen ipsa certius nihil esse potest. Vnde scriptum est, & res ipsa quotidie docet. † *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terrã, quæ non reuertuntur.* Idq;

†Roman. 5. b.

* Ecclesiastis 9. c.

† 2. Reg. 14. c.

confirmans Ecclesiasticus, * *Et Rex hodie est*, inquit, *& cras morietur. Cũ morietur autem homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & uermes.*

*Ecclesiasti. 10. b.

Cùm uerò plurimùm referat, quomodo & quã parati moriamur, toties in Euangelio nobis repetitur illud: † VIGILATE. Item, * *Estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis ueniet.* Parati uerò & uigilantes mortem excipiemus, si seriò & in omni uita pro se quisq; meditetur quod scriptũ est, † *Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum*, sicut & Christus dixit, * *Venit nox, quando nemo potest operari.* † *Am*

†Matth. 25. a.
Marc. 13. d.
* Lucæ 12. e.
†Ecclesiasti. 14. c.
* Ioan. 9. a.
† Ioan. 12. c.

bulate dum lucem habetis, ut non uos tenebræ compre hendant.

Pulchrè autem Propheta inter iustorũ malorumq́ue mortem discreuit. Nam de his quidem dicit, **Mors peccatorum peßima*, illorum scilicet, qui uelut perui caces Iudæi, in peccato sine pœnitentia moriuntur, ac proinde sic pereunt, ut semper apud inferos cum epulone diuite sint excruciandi. De illis uerò testatur, * *Preciosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius.* Talibus quippe mors ista corporis nihil est aliud, quã terrenæ huius peregrinationis & ærumnarũ mortalis uitæ terminus, somnus quietus, &

* Psalm. 33. d.

Luc. 16.

* Psalm. 115. a

ſecura obdormitio, ueræ uitæ principium, & optabilis trãſitus ad beatam immortalitatẽ: Cuius deſiderio Apoſtolus flagrans, & huius uitæ pertæſus, * *Cupio,* inquit, *diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* † *Beati ſerui illi, quos cũ uenerit Dominus, inuenerit uigilantes.* Et † *beati mortui, qui in Domino moriuntur.* * *Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.*

* Philip. 2. c.
† Luce 12. e.
† Apoc. 14. c.
* Sapien. 4. b.

III.

Quomodo Scriptura de Iudicio admonet?

Hebr. 10. f.

Horrendum eſt incidere in manus Dei uiuentis, Chriſtiq; iudicis, * ante cuius tribunal nos omnes oportet manifeſtari, & unumquenq;

*2. Corin. 5. b
Roman. 14. b.

quenq; rationẽ pro ſeip ſo reddere.* *Cuncta* enim *quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit.* Quare non modò peccatoribus, ſed etiam ſæpe ſanctis* iudicij huius terribilis eſt expectatio. Timuit hinc Dauid, ut ſollicitè roget: † *Nè intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo Domine*. Timuit & Iob quantumuis innocens, ſuumq; timorẽ his uerbis oſtendit: † *Quid faciã, cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus? & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi? Semper* quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre nõ potui.* † *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti*.

* Eccleſiaſtes 12. d.

* Greg. lib. 8. moral. ca. 13.

† Pſal. 142. a.

† Iob. 31. b.

* Ibidem c.

† Iob. 9. c.

Ac uerò metuendus est Iudex ille, cuius non licet potestatem effugere, sapientiam fallere, æquitatem flectere, iudicium retractare. De quo ita scriptum extat,* *Zelus & furor uiri* (Christi Iudicis scilicet) *non parcet in die uindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redẽptione dona plurima.* Qui de seipso etiam suoque iudicio (ne quis sit inscius) hoc omnibus prænunciauit: †*Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* * *Ego Dominus scrutans cor & probans renes: qui dò unicuiq; iuxta uiam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum.* †*Ego opera eorum & cogitationes eorum uenio ut congre-*

Vide Chryso. ho.46. ad pop. cum sequent. Effrem. in lib. de iudicio extremo. Augu. ser. 67. de tempore. Isidor. de summo bono lib. 1. cap. 30. Prosper li. 3. de uita contempl. ca. 12.
* Prou. 6. d.
† Psalm. 74. a.
* Hiere. 17. b.
† Esaiæ 66. f.

gem, cum omnibus gentibus & linguis: & uenient & uidebunt gloriã meam.

Cæterùm de Iudicij extremi die, qui & dies Domini, dies iræ, dies magnus & horribilis in ſcriptura dicuntur, Apoſtolus Petrus docet in hunc modũ: * *Adueniet dies Domini ſicut fur, in quo cœli magno impetu trãſient, elementa uerò calore ſoluentur: terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet nos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus? expectantes & properãtes in aduentũ diei Domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elemẽta ignis ardore tabeſcent.*

Sophon. 1. d.
Ioël. 2. a g.
2. Pet. 3. c.

Vt uerò tunc clemen

tem iudicem Christum, ac diem illum, † quo cœlum & terra transibunt, nobis lætum habeamus, præclarum hoc est consilium Sapientis, * *Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.* † *Si enim nosmetipsos dijudicaremus, nõ utiq; iudicaremur.* * *Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.*

Lucæ 22. f.

* Ecclesiasti. 18. c.

† 1. Cor. 11. g.

* Ecclesiasti. 1. b.

IIII.

Quid uerò de Inferno eiusq; pœnis?

Vide Greg. li. 9. moral. c. 45. & sequentib. Itẽ lib. 4. dial. c. 42. & sequ. Isidor. de summo bono lib.

VT morte quidem nihil miserabilius, ut iudicio etiam nihil est terribilius, præsertim filijs huius seculi

obſtinatè peccãtibus: ſic Inferno eiusq; pœna nihil intolerabilius ac infelicius poteſt excogitari. Ibi enim (teſte * Scriptura diuina) fletus eſt & ſtridor dentium: ibi † uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: * ibi terra tenębroſa & operta mortis caligine: ibi umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat: † ibi pars illorũ in ſtagno ardẽti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda: ibi *cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Ibi demũ uerum eſſe cõperietur, quod omnibus apud inferos torquendis iuſtus Iudex his uerbis prædixit: † *Ecce ſerui mei come-*

1.ca.31.& 32. Proſperum li. 3. uit. cont. cap. 12.

* Matth. 8. b. 13. f. g. 22. b. 24. d. 25. c.

† Marc. 9. g. Eſaiæ 66. g.

*Iob 10. d.

†Apocal.21.b

*Apocal.20.c

Eſaiæ 65. e.

dēt, & uos esurietis: Ecce serui mei bibent, & uos sitietis: Ecce serui mei lætabuntur, & uos confundemini: Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis: & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis.

Itaque Propheta Regius Reges & Principes omnes compellans, futuras malorum pœnas illis proponit cum hac
Psalm. 2. c. graui admonitione: * *Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis ter*
Sapien. 6. a. *ram. († Fortioribus* enim *fortior instat cruciatio, & iudicium durißimum in his qui præsunt fiet.) Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus,*

& pereatis de uia iusta, cùm exarserit in breui ira eius. Hinc & Christus ipse dictum omnibus uoluit,† *Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico uobis, hunc timete.* Vt enim est momẽtaneum quod in hac uita delectat, ita sempiternum est quod in gehenna excruciat. nam in inferno nulla est redẽptio.

Luçę 12. a.
Matth. 10. c.

V.

De regno Cœlorum quid ex Scriptura discimus?

PArauit hóc Regnũ Deus electis * ab origine mundi, regnum cœleste, regnũ æternũ, regnum beatissimum, de quo Paulus apertè fatetur.* *Non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad.*

*Matth. 25. c.
2. Timo. 4. d.
2. Petr. 1. c.
Luçę 14. d.
Aug. serm. 37. de Sanctis. & lib. 22. de ciu. Dei cap. 29. & 30.
* Roman. 8. c.

†1.Corin.2.c. Esaiæ 64. b. *futuram gloriam.* † *Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.* * Apocal.21.a *O sanctam ciuitatẽ Hierusalem, nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo.* De qua Ioannes diuinorum optimè conscius, hæc cœlitus audiuit & scripsit, †Ibidem a. † *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus, & absterget omnem lachrymam ab oculis eorũ: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt.* *Apocal.19.a * Illic auditur uox tubæ magnæ,

& ſicut uox aquarū multarum, & ſicut uox tonitruorum magnorum, dicentium, *Alleluia: quoniā regnauit Dominus Deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia uenerunt nuptiæ Agni.*

*Beati** *ad cœnam nuptiarum Agni uocati ſunt:* beatiores uerò, qui ad eam cœnam uocati, ſubmotis impedimentis omnibus, accedunt, ueſtemq́; † nuptialem adferunt ut in regno Dei cum Abraham, Iſaac & Iacob recumbant. Nec opus eſt rogare,* *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Expedita eſt reſponſio, *Qui ingreditur ſine macula, &*

*Ibidem b. Lucę 14.d.

†Matth.22.b.

*Pſalm. 14. a. 23. a.

operatur iustitiam. Aut si uerbo Christi magis delectaris,* *Qui facit uoluntatẽ Patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum*. Sancta hæc est ciuitas, & sanctos ciues requirit: † *non intrabit in eam aliquid coinquinatum*.

*Matth.7.c.

Apocal.21.g.

VI.

Quis est usus & fructus doctrinæ totius de quatuor nouissimis?

PRimũ hæc ipsa cognoscere ac seriò meditari, eò confert, ut à cura, studio & amore illarum rerum, quæ caducæ, fluxæ & uanæ sunt in hoc mundo, facilius auocemur. † *Vanitas enim uanitatum*, dixit Ecclesiastes: *uanitas uanitatum, & omnia uanitas*.* *Vidi quæ fiunt cuncta*

Vide Gregor. ho.9.in euãg. Isidor. lib. 3. de summo bono ca.ultimo.

† Ecclesiastis 1. 2.

*Ibidem c.

sub sole, & ecce uniuersa uanitas & afflictio spiritus.

Deinde non solùm à cogitationibus uanis curisque terrenis hæc animaduersa hominem reuocant, uerumetiam ab omni peccandi licentia, consuetudine & procliuitate deterrent. Hinc aurea illa sententia: * *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Ecclesiasti. 7. d

Præterea monent sapientem, ut cunctis in rebus nihil temerè faciat, sed extrema primũ omnium sibi* proponat, *Deut. 32. d. fineq; prospecto, uia regia progrediatur, ut neque † ad dexteram, neque ad sinistram in rebus prosperis & aduersis à recto deflectat. † Prou. 4. d.

Præcipuè uerò huiusmodi rerum memoria & contemplatio id efficit, ut diuinus timor, † qui ueræ sapiẽtiæ fons, totius uirtutis custos, ac in omni hominis uita necessarius est Pædagogus, in æqui boniq́ue studio nos confirmet ac prouehat. Nam * *timor Domini expellit peccatum: & qui sine timore est, non poterit iustificari.* *Qui timẽt Dominũ, inquirent quæ beneplacita sunt ei, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.* Demum *qui timent Dominum, custodiẽt mandata illius, & patientiã habebunt usq; ad inspectionem illius, dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini.*

Ecclesiasti. 1. b.

Ecclesiastis 7. c.

Prou. 14. c.

Ecclesiasti. 1. c

Ecclesiasti. 2. d

Cæterùm filij feculi huius, qui uanitatem * diligunt, & quærunt mẽdaciũ: qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pesſimis, ante quorum oculos nõ eſt timor Dei, nihil minus illi quàm his de rebus cogitationem ſuſcipiunt atque cõferuant. Pſalm. 4. a. Prou. 25. e. Pſalm. 13. b.

* *Gens abſq; conſilio eſt, & ſine prudentia: utinam ſaperent & intelligerent atque nouiſſima prouiderent.* Deut. 32. d.

His uidemus, quod Iob ſanctus aiebat, quotidie uſu uenire: * *Tenent tympanum & citharam, gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.* Iob 21. b.

Sic * *riſus dolore miſcetur, & extrema gaudij luctus occupat.* Prou. 14 b.

SVMMA DOCT. VII.

Quæ est summa eorum, quæ in hoc libro continentur?

SVMMA totius operis duabus rebus continetur, SAPIENTIA ET IVSTITIA CHRISTIANA. Ad Sapientiam hæc capita, uidelicet de Fide & Symbolo Fidei, de Spe & Oratione Dominica, de Charitate & Decalogo referuntur. Nam FIDES, SPES CHARITAS illæ uirtutes sunt, quibus ueram hominis sapientiam, ut Augustinus annotauit, Diuina scriptura concludit. Accessit porrò de præceptis Ecclesiæ, & de Sacramentis tractatio. Sicut enim prædictæ uir-

tutes absque Sacramentis & præceptis Ecclesiæ rectè obseruatis subsistere non possunt, ita eorũ accessione efficaciter nobis inseruntur, insertæ confirmantur, augentur & perficiuntur. Itaq; in iis, quæ ad Sapiẽtiã referimus, explicãdis, prior libri pars absoluta est.

Posterior, quæ circa Iustitiã uersatur, duas eius partes tum ad mala * fugienda, tum ad bona consectanda spectantes, breuiter enucleat. Etenim abstinere à malis, Chrysostomo * teste, non satis est nobis ad salutem, nisi adsit etiam bonorũ possessio & uirtutis actio. Vtrique igitur parti capita nonnulla, quæ præ-

*Psalm. 33. c. & 36. e.

*In psalm. 4. Bern. ser. 34. ex paruis ser. Prosp sẽt. 86.

cipuè ad malorum bonorumq; discrimen obseruandum pertinent, ac commodata sunt. Totius autem Iustitiæ uim & amplitudinē Tobias uir æquè sapiens ac iustus, succinctè comprehendit; ubi suum filium, adeoq; in illo filios Dei omnes sigillatim admo-
To. 4. d. net in hæc uerba: * *Noli timere fili mi: pauperē quidem uitā gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Ita demum discimus Christiani hominis integrum officiū, quod non modò fidem, sed uitam etiam, quæ secundum Sapientiam & Iustitiam Christianā instituta sit, omninò requi

rat. *Sapiens,* † *cor & intelligibile,* uti Scriptura testatur, *abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.* Ecclesiasti. 3. d

Verùm enimuero, ne institutæ breuitatis terminos prætereamus, doctrinæ huius ad Christianos, eosq; in primis simpliciores instituẽdos pertinẽtis, hic modus & finis esto. Quæ omnia uno Ecclesiastis uerbo, tãquã totius humanæ uitæ illustri Sigillo, consignabimus, ita cõcludentes: * DEVM TIME, ET MANDATA EIVS OBSERVA. HOC EST ENIM OMNIS HOMO. * Ecclesiastis 12. d.

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Psalm. 67. f.

FINIS.

INDEX, TOTIVS LIBRI ordinem & ſummam complectens.

CHriſtiana doctrina circa Sapientiam & Inſtitiam uerſatur

Ad Sapientiam, quæ ordine ſequuntur, & infrà tractantur capita, referri poſſunt:

1. De Fide & Symbolo Fidei.
2. De Spe & Oratione Dominica, cùm Angelica ſalutatione.
3. De Charitate & mandatis Decalogi, cũ Eccleſiæ præceptis.
4. De Sacramentis.

Ad Iuſtitiæ priorem partem, que in malis fugiendis eſt ſita, pertinent hæc capita:

1. De peccatis ſeptem Ca-

pitalibus.

2. De peccatis alienis culpa aliqua nostra ad nos pertinentibus.
3. De peccatis in Spiritum sanctum.
4. De peccatis in cœlum clamantib.

Ad Iustitiæ partem alterã, quæ in bonis faciendis aut consectandis est posita, rectè referri possunt:

1. Bonorum operũ genera triplicia,
2. Opera misericordiæ,
3. Virtutes Cardinales,
4. Dona & fructus Spiritus sancti,
5. Octo Beatitudines,
6. Consilia Euangelica,
7. Quatuor hominis nouissima.

Ad Christianæ doctrinæ totius summam unico ceu uerbo comprehendendam, Ecclesiastici 1.d. sententia notatu digna est, qui ait:

FILI, concupiscens Sapientiam, conserua Iustitiam, & DEVS præbebit illam tibi.

CARMEN DE PRAECIPVIS HVIVS CATECHISmi partibus, in gratiam studiosorum adiectum.

QVis uerè Christi censendus nomine dignus?
Hic, cui iustitia est, simul & sapientia cordi.
Quis sapiens? rectè qui credit, sperat amatq́;.
Quis iustus? mala qui fugiens bona quæq; capessit.
Quæ bona? dum refouet miseros, ieiunat & orat:
Nec se, nec quenquam, nec Christum fraudat in ullo.
Cuinam recta fides? qui firmiter omnia credit
Quæ credenda iubet Deus, atque Ecclesia dictat.
Quis sperare potest quæ sacra Volumina tractant?

Qui uiolare timet castißima iussa Tonantis.
Et quis amat? nisi qui Christum super omnia quærit,
Et quemcunq; hominem puro sibi iungit amore.
Sacramenta quidem ceu septem pharmaca mentis
Instituit Christus, per quæ sua munera confert.
Baptismus scelus omne piat pœnasque remittit.
Chrysmate firmantur nati teneriq; tyrones.
Nos sacra mortales reficit pascitq; Synaxis.
Lapsos restituit cōfeßio ritè peracta.
Vnctio postrema ægrotos solatur & armat.
Ordo sacerdotes statuit, qui sacra ministrent.
Coniugium Christo populum conseruat & auget.
Munia Christicolæ duo sunt: ut crimina uitet,

Secteturq; bonum, dum uitæ postu lat usus.

Qui mens fixa Deo, subit & præcordia uirtus,

Et quantum potis est, uitam sine crimine ducit,

Catholicamque fidem qui semper ubiq; tuetur,

Et fugit hæreseos toto contagia cor de,

Hic quatuor uoluit repetitq; nouissima mente,

Cunctaq; perpendit quæ continent iste libellus,

Hic bene succedet cœlestis sedibus aulæ.

Si minus, haud unquam poterit sperare salutem.

Laus æterna Deo, perpetuumque decus.

IESV CHRISTO Crucifixo, qui auctor atq; consummator est sapientiæ iu stitiæq; nostræ, GLORIA SEMPITERNA.

APPENDIX de hominis lapſu & iuſtificatione ſecundū ſententiam & doctrinā Concilij Tridentini.

I.

De ſtatu & lapſu primi hominis.



VM primus homo Adā mandatum Dei in Paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatē & iuſtitiam in qua fuerat conſtitutus, amiſit; ac præterea per huiuſmodi præuaricationis offenſam, iram & indignationē Dei, atque adeò mortem Seſſiōe 5.

quam antea comminatus illi fuerat Deus, incurrit: & cum hac ipsa morte in Diaboli, qui mortis deinde habuit imperium, captiuitatem incidit, demumq; totus Adam per illam ipsam præuaricationis offensam secundum corpus & animam in deterius commutatus fuit.

II.

De peccato Adæ in omnes homines transfuso.

NEque uerò Adæ præuaricatio sibi soli, sed etiam eius propagini & toti posteritati nocuit, ut qui acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam sibi nobisque perdiderit: & per inobediëtiæ peccatum inquinatus, nõ mortem & pœnas corporis tantùm, ue

rumetiam peccatū (quod mors eſt animæ) in omne genus humanū transfuderit. Id quod Apoſtolus cō firmans dixit: *Per unum ho minem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homi nes mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.* Rom.5.b.

Vnde Adæ peccatum, quod origine unum eſt, & propagatione, non imitatione trāsfuſum omnibus, ineſt unicuique proprium, aliquo remedio expiari ne ceſſe eſt ad uitam æternam conſequendam. Nam ex eo immundi, & ut Apoſto lus inquit, natura filij iræ, tum ſemen peccati, Diabo li & mortis omnes efficiū tur, excepta interim beata & immaculata uirgine Maria Dei genitrice, quā, Eph.2.a.

ubi de peccato originali à Patribus agitur, non eſt exiſtimandum ab eis comprehendi.

III.

De remedio originalis peccati.

PEccatum hoc originis, quod ineſt unicuique proprium, ut diximus, neque per humanæ naturæ uires, neq; per aliud remediũ tollitur, quàm per meritum unius Mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo reconciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio & redemptio. Huius uerò meritum per Baptiſmi Sacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tã adultis quàm paruulis applicatur: quia non eſt aliud nomẽ ſub cœlo datum ho-

1.Ti.2.b. Rom.5.b. 1.Co.1.d.

minibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa uox, *Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi*. Et illa: *Quicunq; baptizati eßtis, Christum induistis*. Act.4.c. Ioan.1.d. Gala.3 d.

Vnde errant grauiter, qui negant paruulos recentes ab uteris matrum baptizandos esse, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti. Baptizantur certè etiã hi in remissionem peccatorum, ut qui ex Adamo peccatum traxerint originale, quod regenerationis lauacro expiari necesse est ad uitã æternam consequendam, quoniam non aliter inteligẽdum est, *Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt*: ni Rom.5.b.

ſi quemadmodum Eccle-ſia Catholica ubique diffu ſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam ſi dei ex traditione Apoſtolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſeme tipſis adhuc cõmittere potuerunt; ideo in remiſſionem peccatorum ueraciter baptizantur, ut in eis rege neratione mundetur, quod generatione contraxerunt.
Ioan.3. a. *Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

IIII.

De reliquijs originalis peccati in baptizatis.

PRæterea cõfitendum eſt, reatum originalis peccati per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam,

quæ in Baptiſmate confertur, remitti, & in baptizatis totum id quod ueram & propriam peccati rationem habet, tolli, non radi tantùm aut non imputari. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis ijs, qui uerè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ueterem hominem exuentes, & nouum qui ſecundum Deum creatus eſt induentes, innocentes, immaculati puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt, hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Chriſti, ita ut nihil prorſus eos ab ingreſſu cœli remoretur. Ac interim fateri oportet, manere in baptizatis concupiſcentiam uel fomi

Rom.8.a. & 6. a.

Col. 3. b. Eph. 4. e.

Rom.8.c.

tem, quæ cùm ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed uiriliter per Christi Iesu gratiã repugnantibus non ualet:
2. Ti. 2.a. quinimò qui legitimè certauerit coronabitur. Hanc concupiscẽtiam, quam ali
Ro.7.b. quando Apostolus peccatum appellat, Ecclesia Catholica nũquam intellexit peccatum appellari, quòd uerè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.

V.

De naturæ & legis ad iustificandos homines imbecillitate.

Sess. 6. VT iam propius ad iustificationis doctrinam probè & syncerè intelligendam accedamus,

illud unusquisq; agnoscat & fateatur oportet, quòd cū omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti im mundi, & (ut Apostolus inquit) naturâ filij iræ, usque adeò serui erant peccati, & sub potestate Diaboli ac mortis, ut non modò gentes per uim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam literam legis Moysi inde liberari aut surgere possent, tametsi in eis libe rum arbitrium minimè ex tinctum esset, uiribus licèt attenuatum & inclinatum. Eph. 2. a. Ro. 6. c.

VI.

De dispensatione & mysterio aduentus Christi.

QVo factum est, ut cœlestis pater, pater misericordiarum & Deus to-

2. Co.1.a. tius consolationis Christū
Iesum filium suum, & ante legem, & legis tempore multis sanctis patribus declaratum ac promissum, cùm uenit beata illa pleni-
Gal.4 a. tudo temporis, ad homines miserit: ut & Iudæos qui sub lege erant, redimeret: & gentes quæ non se-
Ro.9.g. ctabātur iustitiam, iustitiā
Gal.4.a. apprehenderent, atque om
Ro.3.d. nes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatorē per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non
1.Io. 2.a. solum autem pro nostris, sed etiā pro totius mundi.

VII.

Qui per Christum iustificentur.

VErùm etsi ille pro omnibus mortuus

eſt,non omnes tamen mor tis eius beneficium recipiunt, ſed ij duntaxat,quibus meritũ paſſionis eius communicatur. Nam ſicut re uera homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſceren tur iniuſti: cum ea propagatione per ipſum, dum cõcipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant: ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur, cùm ea renaſcẽtia per meritum paſſionis eius gratia qua iuſti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorum in lumine,& eripuit de poteſtate tenebrarum,tranſtulitq; in regnum dilectionis

2. Co.5.c.

Col.1.b.

ſuæ: in quo habemus redemptionē & remiſſionem peccatorum.

VIII.

Deſcriptio iuſtificationis impij, & modus eius in ſtatu gratiæ.

QVibus uerbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur, ut ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatū gratiæ & adoptionis filiorum Dei per ſecundū Adam Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Quæ quidē translatio poſt Euangelium promulgatū, ſine lauacro regenerationis, aut eius uoto fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt:
Ioan. 3 a. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.*

IX.

De necessitate præparationis ad iustificationem in adultis, & unde illa sit.

PRæterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christũ Iesum præueniente gratia sumendum est, hoc est, ab eius uocatione, qua nullis eorum existentibus meritis, uocantur: ut qui per peccata à Deo auersi erãt, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo & cooperando, disponantur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neq; homo ipse nihil omni

nò agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui illam & abijcere poteſt, neq; tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua uoluntate poſſit. Vnde in ſacris li-

Zac.1.a. teris cùm dicitur: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos:* libertatis noſtræ admonemur. Cum re

Thre.5.d. ſpondemus: *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur;* Dei nos gratia præueniri confitemur.

X.

Quis modus præparationis ad iuſtificationem?

DIſponũtur autem ad ipſam iuſtitiã, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidẽ ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes uera

esse, quæ diuinitus reuelata & promissa sunt: atq; illud in primis, à Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu: & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iustitiæ timore quo utiliter concutiuntur, ad considerandam DEI misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore: illumq; tanquam omnis iustitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante Baptismum agi oportet: deniq; dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare no- Ro.3.d.

uam uitam & seruare diuina mandata. De hac dispositione scriptum est,
He.11.b. *Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator*
Mat 9.a. *sit*. Et *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*. Et, *Ti-*
Eccl.1.a. *mor Domini expellit peccatũ*.
Act.2. f. Et, *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrûm in nomine Iesu Christi, in remißionem peccatorum uestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti*. Et, *Euntes ergo*
Mat.28.d. *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, docentes eos seruare quæcunque*
1.Re.7.a. *mandaui uobis*. Deniq;, *Præparate corda uestra Domino*.

XI.

Quid sit iustificatio impij, & quæ eius causæ.

HAnc dispositionem seu præparationem iustificatio ipsa consequitur: quæ non est sola peccatorũ remissio, sed & sanctificatio, & renouatio interioris hominis per uolũtariam susceptionem gratiæ & donorum: unde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus, ut sit hæres secundum spem uitæ æternæ. Tit. 3. b.

Huius iustificationis causæ sunt: Finalis quidem gloria Dei & Christi ac uita æterna. Efficiẽs uerò, misericors Deus, qui gratuitò abluit & sanctificat, signãs & ungens Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ: Meritoria autem, dilectissimus unigenitus suus Dominus noster Iesu Christus, qui est Eph. 1. c.

ſemus inimici, propter ni
miam charitatem qua dile
xit nos, ſua ſanctiſſima paſ
ſione in ligno crucis nobis
iuſtificationem meruit, &
pro nobis Deo patri ſatiſ-
fecit: Inſtrumentalis item,
Sacramentum Baptiſmi,
quod eſt Sacramentum fi-
dei, ſine qua nulli unquam
contigit iuſtificatio: deni-
que unica Formalis cauſa
eſt iuſtitia Dei, non qua ip
ſe iuſtus eſt ſed qua nos iu
ſtos facit: qua uidelicet ab
Eph. 4. e. eo donati renouamur ſpiri
tu mentis noſtræ: & nō mo
dò reputamur, ſed uerè iu
ſti nominamur & ſumus, iu
ſtitiam in nobis recipien-
tes unuſquiſque ſuam, ſe-
cundum menſuram, quam
Spiritus ſanctus partitur
ſingulis prout uult, & ſecū
dum propriā cuiuſq; diſpo

sitionem & cooperationẽ. Quanquã enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur: id tamen in hac impij iustificatione fit, dũ eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorũ hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christũ cui inseritur, fidem, spem & charitatem. Nam Fides nisi ad eam spes accedat & charitas, neque unit perfectè cum Christo, neque corporis eius uiuum membrum efficit. Qua ratione uerissimè dicitur, fidem si Ro. 5. a.

Iaco.2.d. ne operibus mortuam & otiosam esse: &, in Chri- Gal.5.a. sto Iesu neque circuncisio nem aliquid ualere neque præputium: sed fidẽ, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptismi Sacramentum ex Apostolo rum traditione Cathecu- meni ab Ecclesia petunt, cùm petunt fidem, uitam æternam præstantẽ: quam sine spe & charitate fides præstare non potest. Vn- de & statim uerbum Chri Mat.19.c. sti audiunt: *Si uis ad uitam ingredi, serua mandata.* Ita- que ueram & Christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam, pro il la quam Adam pro inobe- dientia sibi & nobis per- didit, per Christum Ie- sum illis donatam, candi- dam & immaculatam iu-

bentur ſtatim renati conſeruare, ut eam perferant ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, & habeant uitam æternam.

XII.

Quomodo intelligatur impium per fidem, & gratis iuſtificari.

CVM uerò Apoſtolus dicit, iuſtificari hominem per fidem & gratis, ea uerba in eo ſenſu intelligenda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit & expreſſit: ut ſcilicet per fidẽ ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix omnis iuſtificationis: ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium per-

Ro.3.d.

Heb.11.b

uenire: gratis autem iusti ficari ideo dicamur, quia nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur. *Si enim gratia est, iam non ex operibus: alioquin*, ut idem Apostolus in
Ro. 11. a. quit, *gratia iam nõ est gratia.*

XIII.

Contra inanem hæreticorum fiduciam.

Qvamuis autem necessarium sit credere, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum, nemini tamen fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, uel dimissa esse dicen-

dum eſt, cùm apud hæreticos & ſchiſmaticos poſſit eſſe, imò noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam cõtentione prædicetur uana hæc, & ab omni pietate remota fiducia.

Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui uerè iuſtificati ſunt, abſq; ulla omninò dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminemq́ue à peccatis abſolui ac iuſtificari, niſi eum qui certò credat, ſe abſolutũ & iuſtificatum eſſe, atque hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici: quaſi qui hoc non credit, de Dei promisſis, deq́; mortis & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet. Nam ſicut nemo pius de Dei mi

ſericordia, de Chriſti merito, deq́; Sacramentorum uirtute & efficacia dubitare debet: ſic quilibet dum ſeipſum, ſuamq́ue propriã infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare ac timere poteſt, cùm nullus ſcire ualeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.

XIIII.

De acceptæ iuſtificationis incremento.

Eph. 2. d. Pſal. 83. b. 2. Co. 4. d. Ro. 6. b.

SIC ergo iuſtificati, & amici Dei ac domeſtici facti, euntes de uirtute in uirtutem renouantur, ut Apoſtolus inquit, de die in diem, hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſti-

tiæ

tiæ in sanctificationem, per obseruationem mandatorum Dei & Ecclesiæ, in ipsa iustitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt atq; magis iustificantur, sicut scriptum est: *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* Ap. 22. c.
Et iterum: *Ne uerearis usq; ad mortem iustificari.* Ecc. 18. c.
Et rursus: *Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm.* Iac. 2. d.
Hoc uerò iustitiæ incrementum petit sancta Ecclesia, cùm orat: Da nobis Domine fidei, spei, & charitatis augumentum.

XV.

De obseruatione mãdatorum, deque illius necessitate & poßibilitate.

NEmo autē quantumuis iustificatus, liberum se esse ab obseruatione mandatorum putare debet, nemo temeraria illa & à Patribus sub anathemate prohibita uoce uti, Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia: Nā Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat ut
1. Io. 5. a. possis. Cuius mandata grauia non sunt, cuius iugum suaue est, & onus leue. Qui
Mat. 11. d. enim sunt filij Dei, Chri-
Ioā. 14. c. stum diligunt: qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, seruant sermones eius: quod utique cum diuino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali uita, quantumuis san-

cti & iusti, in leuia saltem & quotidiana, quæ etiam uenialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse iusti. Nam iustorum illa uox est humilis & uerax: *Dimitte nobis debita nostra*. Quo fit, ut iusti ipsi eò magis se obligatos ad ambulãdum in uia iustitiæ sentire debeant, quò liberati iam à peccato, serui autem facti Deo, sobriè, iustè & piè uiuentes, proficere possunt per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus nãque sua gratia semel iustificatos nõ deserit, nisi ab eis prius deseratur.

Mat. 6. b.

Ro. 6. c.

Tit. 2. d.

Itaq; nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutũ, hæreditatemq;

Ro.8.c. consecuturum, etiam si Christo non compatiatur, ut & conglorificetur. Nam Heb.5.c. & Christus ipse (ut inquit Apostolus) *cùm esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* Propterea Apostolus ipse monet iustificatos, dicens: 1.Co.9.d. *Nescitis, quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? sic currite ut cõprehendatis. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem uerberans: sed castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo: ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Itẽ princeps Apostolorum Petrus, 2.Pet.1.b. *Satagite*, inquit, *ut per bona opera, certam uestram uoca-*

tionem & electionem faciatis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.

Vnde conſtat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtũ in omni bono opere ſaltẽ uenialiter peccare: aut, qđ eſt intolerabilius pœnas æternas mereri: atq; etiam eos, qui ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe in ſtadio ad currendum cohortando, cùm hoc ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, cum ſcriptũ ſit: *Inclinaui cor meum ad faciẽdas iuſtificationes tuas propter retributionẽ.* Et de Moyſe dicat Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem: Pſa.118.o. Heb.11.e.

Cc

XVI.

Prædestinationis temerariam præsumptionem cauendam esse.

NEmo quoque quamdiu in hac mortalitate uiuitur, de arcano diuinæ prædestinationis mysterio usque adeò præsumere debet, ut certò statuat, se omninò esse in numero prædestinatorũ: quasi uerum esset, quòd iustificatus aut amplius peccare non posit, aut si peccauerit, certam sibi resipiscentiã promittere debeat. Nam nisi ex speciali reuelatione sciri nõ potest, quos Deus sibi elegerit.

XVII.

De Perseuerantiæ munere.

Mat.10.e. & 24.b. SImiliter de Perseuerantiæ munere, de quo scri

ptum eſt: *Qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit*: quod quidem aliunde haberi non poteſt, niſi ab eo qui potēs eſt, eum qui ſtat, ſtatuere, ut perſeueranter ſtet, & eum qui cadit, reſtituere, nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſsimam ſpem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans uelle & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, uideant ne cadant, & cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in uigilijs, in eleemoſynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunijs & caſtitate. Formida-

Phil. 1. a. & 2. b.
1.Co.10.c
Phil. 2. b.
2.Co.11.f

Cc

re enim debent, ſcientes quòd in ſpem gloriæ, & nõdum in gloria renati ſunt de pugna, quæ ſupereſt cũ carne, cũ mundo, cum Diabolo: in qua uictores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent dicenti: *Debitores ſumus non carni, ut ſecundum*
Ro. 8. c. *carnem uiuamus. Si enim ſecũdum carnem uixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.*

XVIII.

De lapſis & eorũ reparatione.

QVi uerò ab accepta iuſtificationis gratia p peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt, cũ excitante Deo, per pœnitentiæ Sacramentum merito Christi amiſſam gratiã recuperare procurauerint.

Hic enim iustifiicationis modus est lapsi reparatio: quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam, sancti Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro his qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Iesus sacramentum instituit Pœnitentiæ, cùm dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Io.20.e.
Vnde dicendum est, Christiani hominis pœnitentiā post lapsum, multo aliam esse à Baptismali: eaq́; contineri non modò cessationem à peccatis, & eorum detestationē, aut cor contritum & humiliatum: uerùm etiam eorūdem sacramentalem confessionē saltem in uoto & suo tem- Psa.50.d.

Cc

pore faciendam, & sacerdotalem absolutionẽ, item que satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis uitæ exercitia: nõ quidẽ pro pœna æterna, quæ uel sacramento, uel sacramentali uoto unà cum culpa remittitur, sed pro pœna tempo-
Nu. 14. d. rali, quæ ut sacræ literæ
2. Re. 12. c docent non tota semper, ut
& 24. b. in Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam acceperunt, ingrati, Spiritum sanctum contristauerunt, & templum Dei uiolare nõ sunt ueriti. De qua pœnitentia scriptum est: *Memor esto unde excideris,*
Apo. 2. b. *& age pænitentiam, & prima opera fac*. Et iterum: *Quæ secundum Deum tristitia est, pænitentiam in salutem stabi-*
2. Co. 7. c. *lem operatur*. Et rursus: Pæ

nitentiam agite, & facite fru ctus dignos pœnitentiæ. Mat. 4. c. Luc. 3. b.

XIX.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

ADuersus etiam hominum quorundam callida ingenia, qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, asserẽdum est, Ro. 16. c. non modò infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocunque alio mortali peccato, quãuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti, diuinæ legis doctrinã defendendo, quæ à regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quoq; fornicarios, adulteros, molles, masculorum cõcubitores, fures, auaros,

1.Co.6.b. Ga.5.c.d. ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosq; omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratia separantur.

XX.

De fructu iustificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deq; ipsius meriti ratione.

HAc igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuò conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: 1.Co.15.g *Abundate in omni opere bono, scientes quòd labor uester non est inanis in Domino.* Heb 6. b. *Nõ enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis, quam ostendistis in*

nomine ipsius. Et, *Nolite amit* He. 10. g.
tere confidentiā uestram, quæ
magnam habet remuneratio-
nem. Atq; ideo bene ope-
rantibus usq; in finem, &
in Deo sperantibus, pro-
ponenda est uita æterna, &
tanquam gratia filijs Dei
per Christum Iesum mise-
ricorditer promissa, & tan
quā merces ex ipsius Dei
promissione, bonis ipsorū
operibus & meritis fideli-
ter reddēda. Hæc est enim 2. Ti. 4. b.
illa corona iustitiæ, quam
post suum certamen & cur
sum repositam sibi esse aie
bat Apostolus, à iusto iudi
ce sibi reddendam: & non
solum sibi, sed & omnibus
qui diligunt aduentū eius.
Cùm enim ille ipse Chri-
stus Iesus tanquam caput
in membra, & tanquam uii
tis in palmites, in ipsos iu

ſtificatos iugiter uirtutem influat, quæ uirtus bona eorum opera ſemper antecedit, comitatur & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata & meritoria eſſe poſſent: nihil ipſis iuſtificatis amplius deeſſe credẽdum eſt, quò minùs plenè illis quidem operibus quæ in Deo ſunt facta, diuinæ legi pro huius uitæ ſtatu ſatisfeciſſe, & uitã æternam ſuo etiam tempore, ſi tamẽ in gratia deceſſerint, conſequendam, uerè promeruiſſe cenſeantur, cùm Chriſtus Saluator noſter dicat: *Si quis biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ ſitiet in æternũ, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam.* (Ioan. 4. b.) Itaq; neque propria noſtra iuſtitia, tanquam ex nobis propria, ſtatuitur, neque

ignoratur aut repudiatur iuſtitia Dei. Quæ enim iuſtitia noſtra dicitur, quia per eam nobis inhærentẽ iuſtificamur, illa eandem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum.

Neque uerò illud omittendum eſt, quòd licèt bonis operibus in ſacris literis uſq; adeo tribuatur, ut etiam qui uni ex minimis ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chriſtus eum non eſſe ſua mercede cariturum, & Apoſtolus teſtetur, id quod in præſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtræ, ſupra modũ in ſublimitate æternũ gloriæ pondus operari in nobis: abſit tamen ut Chriſtianus homo in ſeipſo uel confidat, uel glorie-

Mat. 10. d.

2. Co. 4. d.

tur,& nõ in Domino,cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, ut eorũ uelit eſſe merita,quæ ſunt ip-
Iaco. 3.a. ſius dona. Et quia in multis offendimus omnes, unuſquiſq; ſicut misericor-
1.Co.4.a. diam & bonitatem, ita ſeueritatem & iudicium ante oculos habere debet: neque ſeipſum aliquis etiam ſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare: quoniam omnis hominum uita, non humano iudicio examinanda &
Ibidem. iudicanda eſt,ſed Dei, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo,
Mat 16.d. qui ut ſcriptum eſt: *Reddet*
Rom.2.a *unicuiq; ſecundum opera ſua.*

Finis doctrinæ ſolidæ de iuſtificatione.

INDEX TOTIVS LIBRI.

A.

fides

L

M

O

S

T

V

FINIS.

Venetiis, apud Michaelem Tramezinum, MDLXIX.

[illegible]